

T. BARTHOLINUS
DE PULMONUM,
ANGINA,
LARYNGOTOMIA,
HEPATIS
E. BARTHOLINUS
DE
PORIS
& CONSUETUDINE

65064/A

J/2.

MEDICAL SOCIETY
OF LONDON

WELLCOME HISTORICAL MEDICAL LIBRARY

ACCESSION NUMBER

PRESS MARK

BARTHOLIN, T.

V2

THOMÆ BARTHOLINI
CASP. Fil.
De

ANGINA
Puerorum
Campaniæ Siciliæque
EPIDEMICA
EXERCITATIONES.

Accedit de
LARYNGOTOMIA
Cl. V. *RENATI MOREAV*,
Pariſ. Med. & Profeſſ. Regij,
Epiſtola.

LVTETIÆ PARISIORVM.
Apud OLIVARIVM DE VARENNES, viâ
Iacobæâ, ſub Vaſe Aureo. 1646.
Cum Licentia.

Conſobrino Chariſſimo

D. THEODORO FVIREN

Thomas Bartholinus

B. A.

QVAs olim in Parthenopæa urbe celerioris calami ductu & genio non ſatis compoſito, ut itineris tum in Siciliam Melitamque tecum ſuſcepti moras fallerem ſpecioſius, exaraveram pagellas, ad te referre auſus ſum, *mi Fuireni*, gratum mihi & cognato ſanguine coniunctiſſimum nomen. Nec enim alium par fuit acclamaſſe. Hæc tecum nata te loquerentur, ſi ſuæ eſſent

ſpontis, & facilime agnoſcerent ipſa, ſi tacerem ego. Adfuiſti quum una nos hoſpitales illi eruditionis & humanitatis Seuerini lares caperent, atque his aliiſque arti noſtræ propriis ultro citroque inter nos habitis ſermonibus non ſemel aures præbuiſti, tanquam in alieno foro conſtitutus arbiter, propinquoſque ſtudiis noſtris geſſiſti vultus. Quin majus te huc nomen vocat. Taceo quidem antiquum ſanguinis communis vinculum, ortumque propiorem: nec paterna fœdera recenſeo: neque clariſſima familiæ veſtræ in me documenta, ingrata modeſtiæ tuæ repetitione, advoco. Id ſilentium haudquaquam

meretur, quod iiſdem ferè uterq; cunis requieverimus, tãtò apud me gratiori memoria, quod fructum & agitationis dulcedinem adhuc experiar. Nec diſpar fuit prætexta, nec toga, adeò colore natiuo ubique ſimiles & animi indole, qua crevere nobis cum ætate mores, auctaque itinerum ſocietate congenita neceſſitudo, ubi amicos pariunt alii, nos connatam amicitiam pertexuimus, quærunt alii, quod nobis inuenerat natiuitas. Ego ſanè hanc Numini felicitatem refero, quod immenſa peregrinantium tædia, difficiles viarum aditus & infelices ſubinde cœli aſpectus, illius conſortio & placida comitate potuerim ſuperare, qui in

ſocietatem fortunæ pari onere,
communi auxilio, maior ani-
mo veniebat. Te comitante in-
ter minima reputavi quæ alios
non iniuria terrent, & luſum cre-
didi, in quibus ſudant qui ſecum
peregrinantur: nec quidquam
arduum horrui, quod ſocia vir-
tute non tempſerim. Tanta fuit
animorum copula, ut omnem
infra nos fortunam putauerim
optauerimque pericula, ut gene-
roſiori contemptu monſtrare-
mus, quid in gerendis rebus in-
videnda ſeu morum ſeu generi
ſocietas ignobili metu ſuperio
poſſit. Nos antea breui ætati
diſcrimine interruptos, Belgium
optatis amplexibus iunxerat
mox voti plenos excepit Gallia

Latioque individuo nexu cohærentes tradidit. Demum ut vinculum hoc extra terrarum continentem, divulſo orbe arctius, extenderemus, Siciliam, monſtrorum illam & gigantum ſedem, tranavimus, ne timidos nos crederent qui fabulis debellantur. Æternos Veſuvij Ætnæque focos inviſimus, ut amoris perpetuitatem, quo pectora noſtra incaluerunt, teſtaremur. Vlyſſis mirati ſumus auſus, atq; antrum Cyclopum inſpeximus, ut intra nos felicius habitaremus. Et quo invictos animos firmaremus nullo terriculamento proſtratos, Melitæ inſulæ ſtupendum robur, Orientis terrorem & Chriſtiani orbis flo-

rem, ſimul luſtravimus. Non terruit inquietum & inconſtans ſui mare, nec vicinæ Mahometanorũ minæ, nec infeſtus propoſiti Æolus, quia ſervitutẽ liber animus ſprevit, & ſociam mortem amicitia ſuperſtes, omni fato perennior. Vtramque fortunæ faciem ęqua ſorte inter nos partiebamur, ut de iniuria temporum ſecurius triumpharemus, ac, ne quidquam amori non peregrino deeſſet, officiis certatum fuit & obſequiis, quæ ita quidẽ ubique miſcuimus, ut me tamen inferiorem non rarò puduerit. Iamque vegetam communis animi flammam per Alpes æſtiva nive canos tranſduxeramus, ſed ominoſo ſucceſſu. Invidere

iuga prærupta familiaritatem, & amantium pari ſubinde, quamquam fruſtra, procabantur, moxque lacrymarum rivis comitantibus nos Baſileam, non uno titulo nobis deſideratam, perduxerunt, & tandem divortium interiecto Rheni ſui alveo ſtrenue moliebantur. Quibus ſuperum favit conſilium, quod ſupra nos negocium geſſit. Illico enim divellimur, & ante abſentiam querebamur, quam de diſceſſu cogitaſſemus. Quod ea factum violentia, eo doloris ſenſu, quo nativa ſerie compacta mēbra inſcio poſſeſſore diſrumpuntur. Iuſta verò mihi cauſa foret fatorum increpare iniquitatem, quod felicitatis noſtræ ſtiterint

curſum; ſi tam eſſet in illorum poteſtate animam æterno fœdere iunctam dividere, quam preſentẽ mutui colloquij uſum tollere. Nunquam ſiverit Deus immortalis, animorum teſtis, ut tantum in nos imperij fatum obtineat, quantum nobis quidem in illud licet. Cuius uanos eludemus conatus & planè fruſtraneos, arctiſſimo involuti vinculo, donec facie tantum ſeparatos futura dies nos aliquãdo nobis reddiderit. Quod tanto ſpero alacrius, quo vicarias tui operas frater ſenior fidelius exercet, nec tibi diſſimilis, nec ſolito candori, quem iuxta tecum raro labentis ſeculi exẽplo profitetur. Tui tamen me verſa

memoria & præteritorũ recordatio, ut tempora futura optem, quæ ſimul placidiſſimè tranſmiſimus. Plura nec poſſe vellem, nec deſiderare, adeò pleno hactenus tuam virtutem ore imbibi, ut quum eam mihi interceperis, reciprocus videatur ſpiritus intercludi. Ne igitur mireris, mi *Theodore*, quod gutturoſo ſimilior mutoque, in animi grati monumentum, Anginæ Exercitationes tuo nomini ſuſpendam, ut iniquum optimæ tuæ mentis ſilentium ſilentio potius & anhelante calamo excuſem, quam pleno ſermone, nunquàm alibi in pompam magis proditurо. Vale feliciter cum Thoma, fratre quidem tuo,

ſed mei nominis & animi, Clariſſimiſque Boeclero & Scheffero, amicis credo meis, teque annis maturum & uſu ſapientiæ Politicæ, patrię ac tuis quamprimum reddas. Et quia candorem familiæ Fuirenianæ proprium non potes non amaſſe, illuſtrem Rzeczyckium, pectus illud illibatum, quando conveneris, ex me ſaluta. Scripſi Lutetiæ Pariſiorum jamjam in Britanniam conceſſurus. Cal. Febr. ꝳ. ꝳ. XLVI.

LECTORI SVO,
ſi quis futurus.

QVEMADMODVM bellorum, ita quotidie nova ſurgunt morborum ſemina, quæ quamvis ſepulta latuerint, ſpiritu tamen, neſcio quo, imprægnata in corporis tandem tacito germine exitium excreſcunt. Fabuloſæ ſanè Hydræ ſimiles mortales videmur, quam ferrum citius quam nova capita deficient. Adeò ferax Divinitatis, quod circumferimus ergaſtulum, eſt malorum, ut plura necis quam vitæ ſubminiſtret inſtrumēta. Inſidias & ipſum cœlum habet. Vix pluit, quin morbos demittat, & tacitas nobis moriendi

cauſas affricet. Forſan & curioſitatis hanc ferimus culpam, qui novis capimur. Ego quidem Antiquos amavi ſemper & ſectatus ſum, quoad licuit; Novos nec deſideravi mores nec morbos. Vtriuſque tamen labem & ſeculum communicat & vivendi neceſſitas, quā vix emendarint ſi pleno Dij Deæque omnes huc cōcurrerent conſilio. Laudandi interim ſunt, quorum circa hæc vitia virtus enitet, ut creſcentes novorum malorum cauſas in ipſis principijs conenturiugulare. In quo non minimorum ſtudium emicuit. Mores autem quis aggrediatur? Inueteraſcunt illi, ut medicinam ſpernent; faciliusque imis in infixa medullis pravitatem correxeris, quam prurientem in cute malorum

morum libidinem. Ego utrumque aggreſſus vitium, nimis quam de contagio metuerem, niſi corpus annis, animum exemplis firmaßem. Quanquã has numquam mihi partes ſumpſerim ipſe, qui ſcio quid in tergo geram: monuerunt me tamen ad illud amici, ad hoc invidi compulerunt. Quum nuper peſſimis ſuis moribus ſenex quidam Noricus nobis inſultaſſet, pro dignitate hominis inquieti temeritatem pari animo nec mitiori forſan ſucceſſu retudi, ut ſciret ſilicernium, quis infenſo Hercule huiuscemodi moribus eſſet locus. Natas ſub manibus Vindicias iuſtæ magnitudinis, dum ſecundũ per Gallias iter de propero, quia Typographus in rem noſtram pronus prælum meæ feſtinationi

impar fatebatur, commodo Belgij vel patriæ otio reſervavi. Sed ne ſine ſymbola tranſirẽ, ex ſchedis meis has illi Excercitationes conceßi, quibus Torcular Anatomiæ noſtræ utraque dialecto brevi prodituræ deſtinatum, interea excerceret. His, neſcius ne ſis, nouam puerorum peſtilentiam excutio, nec ab Aretoi ævo viſam, quæ poſt inchoatæ ſalutis annum CIↃ.IↃC.XVIII, Campaniam, Siciliam & circumiectas oras miſere depopulatur. In qua, poſt tot annorum ſilentium velut ex orco denuo emergente, non pauci ambigua palma deſudarunt. In Iberia Tamaius, Alaymus Panormi, Meßanæ Proſimus, & Neapoli inter alios Nola & Seuerinus, quorum ſinguli & de Natura nova

oſtendi;

oſtenti, & curatione in diverſum abierint. Me quoque, ut quid ſuper ea re mihi eſſet animi, ingenuè dicerem, rogavit amicitiæ fiducia Severinus. Feci in itineris Siculi procinctu, ſed ſine oſtentatione, quam potui breviſsimè, ut honeſtæ parerem petitioni. Non quod hæc publicam lucem voluerim aſpicere, quæ vago calamo congeſſeram, ſed ut domi ſuæ perpetuo carcere damnaret hoſpes. Verum quum me tacente Lugdunum Rhodani Claudio du Four Bibliopolæ pro prælo trãſmiſiſſet vir ſummus laborũ noſtrorum æſtimator, ut Recondito Abſceſsuum Operi cum Hiſtoria mea Aneuryſmatis Panormi edita, accederent, placuiſſe indicio aperto intellexi liberam in ſcribendo pen-

nam facilitatemq; extemporalem, quanquam necdum ad ſumma perductam. Vnde animoſior redditus, quia curas librarias Claudius ille depoſuit, non refugi publicum omnium aſpectum. Tibi verò novitas & morbi & rationum ſi probabitur, nihil nec à meo voto, nec tanti Viri judicio alienum feceris. Vale, & bonas aves mihi precare.

APPROBATIO.

EGo *Doctor Medicus Pariſienſis & Regius Medicinæ Profeſſor teſtor iſſe hunc tractatum de Angina Epide-a viri eruditiſsimi Thomæ Bartholi- Doctoris Medici clariſsimi & nobiliſ-i, quem digniſsimum cenſeo qui in lucem ttatur. Datum Lutetiæ Pariſiorum trigeſima* Ianuarij *an.* 1646.

MOREAV.

o ſubſignatus Doctor Medicus Pari-ienſis idem teſtor quod ſuprà.

PATIN.

INDEX

EXERCITATIONVM

I. De Peſtiferæ Anginę Parte Affect
pag. 1.
II. De Anginoſi Affectus Cauſis. p.1
III. De Strangulatorii Morbi Eſſen-
tia. pag. 3
IV. De Curatione per Vomitum. p.4
V. De Venæ Sectione, Iugularium
Arteriarum, hirudinum. pag. 7
VI. De Curatione per Filum Purpu-
reum. pag. 10
VII. De Laryngotomia. pag. 11

TH. BARTHOLINI
EXERCITATIO
PRIMA.

peris excuſatio. De parte affecta deciſiones. In Angina Cerebrum eſſe, ſed manifeſtari in alijs partibus. Puerorum humida conſtitutio vnde? De hæmorrhagia quædam. Cor pro ſtomacho. Nobilis cerebri medullam non excludendam. Repentinæ mortis cauſa. Explicatur Aphoriſmus. Noui cerebri ſinus, & alia.

QVANQVAM *Iuris-Conſulti* Dictatum non ignorem, Culpam eſſe, immiſcere ſe Rei ad ſe non per-enti; tamen ſponte id quidquid eſt

vitij incurro,ſive fato ductus ſive afſ
ctu. Duplex hic ex pari iuris diviſio
ne, vel in rem, vel perſonam. utriq;
debeo quod præſto, quamvis impar
conatus deſtituat volentem. Hæ
verè ſpecioſa quam à dignitate & Se
natorii ordinis ornamentis clariſſi
mam indigitabat *Ulpianus*. Illa &
cauſam complectitur & iura, imò
iudicata ſit, pro veritate accipitur
quam innata ſciendi cupidine am
plectimur quotquot cordata pector
geſtamus. Nec culpæ metus apu
Paulum IC. terret, quum infra mi
nimam ſubſiſtamus negligentiam
Dolus abeſt, ſtipulationem interpo
no, ne terrearis qui placidos oculo
promiſiſti. utriuſque cauſa ad no
ſpectat quanquam alio Sole calente
huius quidem per beneficium, illiu
per naturam. Perſonam vis? *Severinu*
eſt, aureo Sole clarior. Rem? Perſon
par, ſi difficultatem expendas. Cu
nas quippe excutit, in quibus ut d

Deorum filiis *Seneca*, ipſe caput polo intulit, pueroſque ad tribunal ſuum vocavit, qui inter ſenes oraculum ſedet. Affectionem antiquis ignotam, ſui verò temporis & ſolo horrendam, peſtilentiam dico, quæ puerorum colla velut fatali ſydere afflat, & accuratè vidit, & depinxit ingeniosè, ſive ideam morbi ſpectes ſive curandi ordinem, quo *Æſculapij* vice gallum vel obtinuit vel meruit. Ad corruptam affectionis naturam pars, cui impacta eſt, refertur, de qua litigant eruditi ſententiarum diuerſitate. Cor alij, principem terreſtris domicilij, alij huius arcem in Pædanchone affici crediderunt, plures collo inſidere utriuſque velut ponte exiſtimarunt. Neque aliò diuertunt conjecturæ. Nos duabus diſtinctionibus rem omnem amica concordia componemus, Vel enim ſymptomatum expendimus ſedem, vel morborum, & amborum vel primariam vel ſe-

cundariam. Quamvis non rarò confuſio tam locorum quam affectionum in turbato mortalium ſtatu exſurgat, ut vices primarias habeat modo hæc pars, modo alia. Altera ex ſymptomatum natura emergit conſideratio, quæ vel morbum lege neceſſaria comitantur, vel caſu ſequuntur, quod per accidens Philoſophorum filij dicerent. Rurſus affectiones pleræque quę corpus vexant, duplici ut plurimum loco efferuntur, uni quidem inhærent, arboris inſtar, radices altiores velut in terra defigentes, alteri verò ita, ut non niſi fructus lataque ſeminum germina oſtendant. Hunc ſcholæ modum manifeſtativum vocitarunt, illum radicalem, commodis notionibus rem omnem complexæ, ex quibus quæcunque de affecta ſede in *Angina* puerilis ætatis peſtifera oriuntur cõtroverſiæ, facilè ſolvuntur. Enimuerò τῆς κυναγχῆς primarium ſub-

iectum & radicis in morem fixum, cerebrum eſſe nulla gravia rerum momenta prohibent, ſive ipſum concretum corpus dicas, totam implens calvariam, ſive interſtinctos eiuſdem ſinus, ſive principes ventriculorum ſedes, ſive denique membranarum tenuium amplexus. Hinc velut radii exporriguntur effectus, & ingratæ ditioris luis merces in collo eiuſque vicinia omnibus appenduntur venales, in Pariſthmijs ſeu Tonſillis, larynge pariter & gula, muſculis motui omnium inſeruientibus, reliquis denique hanc compagem perficientibus. Non alia ſane ratione Philoſophorum Princeps & antiqui naturæ moderatores iraſcibilem animæ poteſtatem, quæ θυμοειδὴς, in corde ſtatuerunt, quum tamen per oculos efferatur, & ardenti viſus imagine terreat. Pari quoque pacto latens in jecinore virus per extremam manus pediſque cuticulam modo exan-

thematum modo efflorescentium ſpecie prodit, ſæpius per inguina bubonis, perque decoram faciē aphthæ figurâ effloreſcit, & quæ non in externis fingit interiorum cauſarum ludibria. Nempe cauſæ ſubeunt rationem ſubinde morbi, accidentium cauſa, quæ vel neceſſaria ſunt, vel minus. Utraque locum variant, & modò eadē cum morbis ſede: concluduntur, modò diverſa. Qua norma ſi ſymptomatum omnium in Pædanchone expenderis ſitum, alia in cerebro ſtabulari, ut ſtuporem, alia in collo, ut cruſtam, in corde alia, ut febrem, alia denique in pulmone deprehendes, ut tuſſim & ſuffocationi: periculum; quorum tamen nullam pro neceſſariis æſtimamus, quod in tanta varietate & incerto ſitu fit manifeſtum, ex varia cerebri affection modoque vario in ſolidum dependens. Cæterum à cerebro mali origi nem cum eruditiſſimo *Severino* no

aſtro deducere, foret labor,niſi facem
ipſe præluxiſſet. Noſtras pro eo vires
experiamur & rationes ſtringamus in
compendium. urgemus principio na-
tivam puerorum conſtitutionem hu-
midi feracem copioſiſſimi & morbo-
rum ab eo humore dependentium,
quæ quum in cerebro humidi frigi-
dique officina conſiſtat, non mirabi-
mur in ea ætate uberiorem huic peſti-
lentiæ proventum. Humidi autem
excedentis in puerorum cerebro va-
rias imaginor rationes,naturales par-
tim, partim factitias. Origini quippe
propiores eandem cerebri ęmulantur
temperiem quam in utero geſſerant,
tenera ætate nondum exſiccationis
tempus aggreſſâ. Molle autem eſt em-
bryoni,& velut diffluens cerebri coa-
gulum, longiori inter tacita matris
clauſtra quiete torpidum, quod tar-
dius excitat debilis natiiam facultas,
eo magis quod per apertum diutius
verticem externi frigoris experiatur

iniurias: accedente humidiore victu
inſtituto per lactis ſuccum, qui pe
indiſcretum, eiuſdemque conditioni
adulti cibum ferè confirmatur. Unde
facilè inquilinos puerorum morbo
Comitialem, Exanthemata, auriu
humiditates, convulſiones, tonſilla
rum intemperies, alioſque ab *Hippo*
crate notatos, ſolius capitis vitio aſcri
pſeris. Auget de cerebro ſuſpicionem
conſtans obſeruatio hominum iuſti
ætatis, qui in cladis huius admittu
tur uſum fructum, ſemper ferè vel ca
pitis aliqua intemperie, vel deterio
conformatione ſive in magnitudin
ſive figura ab incunabulis vexa
Quam rem diligentiori cura adve
tant velim Doctiſſimi Parthenope
ſalutis moderatores. Accedit ſubdo
lus venenati morbi modus, quo p
nares aërem ea labe inquinatum a
trahentes, perque ſpongiforme os ce
rebro interiori retiformique proc
ſui, maligna fide ſe in ſinuat. Teſtat

& criſis morbi, quæ non rarò per narium ſive hęmorrhagiam ſive purulentum fluxum, ſolutionem tentat ſimul & conficit, materiâ nempe per iugulares venas cum ſanguine deducta, quæ ad inferiora capitis omnia ex eo deferunt, ad ſuperiora nihil, quia id pulſatilium venarum eſt munus, ſurſum à corde aſcendentium. Qui fluxus ſi alijs exitioſus fuit, ut proditum quibuſdam, vel id factum largiori ſpirituum exitu quo partim infringuntur vires, partim inſolito nouoque vacui habitu alterantur, non ſecus ac in hydropicorum empyicorumve univerſa evacuatione inſuetum de repente ſtatum malè ſuſtinuiſſe traditum eſt: vel naturali retentione vi morbi abolita, vel denique copia cerebri anguſtias occupante, quæ & maior fuerit quam ut ſolo narium fluxu abſorberetur, & ſine hoc forte superveniente, hominem jugulaſſet. Quamquam & ad venenatum

impreſſum ſignum referres. Autor enim *Galenus* in Theriaca percuſſos ab Hæmorrhoe, ſanguine per os & nares effuſo, defungi. Ex earumdem narium ſtillicidio ſiniſtra prædici, citra miraculum puto, nam & debilioris virtutis & ſanguinis in grumos compacti eſt augurium. Similis naturę conatus in ſternutamento elucet huic paroxyſmo frequens, ex quo criſeos modum judicamus, & quod ad rem magis, cerebri primas offenſas indubitato ſigno ſtabilimus. Soluta iam per criticum effluxum affectione ſuccedit ſalutaris ſtupor totiùs, quem, cauſa vehementiori, etiam cum Comate aliquando hominem in portu ferè morbi iam navigantem ſuſtuliſſe obſervavit *Seuerinus* verus naturæ utriuſq; genius. Quid? quod ſanatum puerum nervorum languor oculique ſtrabiſmus tentauerit. Quibus conjecturis quid pro cerebro affecto certius dici poſſit, obtuſior ſum quam ut

telligam. Nervi optici in cerebro &
nt & oriuntur; ſtupor, ſenſus nimi-
m privatio, ut rectè inculcat *Gale-
us*, in cerebri fit ſubſtantia, quia hæc
uod aduertit in Anatomicis *Parens*
oſter ſervat pro ſenſu ſpiritum ani-
alem, ad motum in medulla eius
oquin deſtinatum. Quibus ſi inuic-
m oculorum fidem junxeris, ſuo ro-
ore opinio *Seueriniana* perſiſtet. Ipſe
nim in ſecandis humanorum cada-
eribus exactiſſimus non ſemel ob-
ruaſſe ſe bona fide narrat grumos
nguinis in membranæ craſſioris ſi-
u, in mirabili rete, & inter muſculos
emporarios pituitam citrinam con-
eſtam, quodque maius eſt, putrila-
inem velut cerebri ſubſtantiam nari-
us cuidam fuiſſe excretam. De quo
xperimento non dubito qui maiora
n capitis vulneribus vidi, ſequentibus
xcercitationibus ordine ſuo recen-
enda. Dicent tamen ſcrupuloſiores,
Anginam eſſe, adeoque non cerebri

ſed colli affectionem. Fateor. Q
autem ad muſculorum reponent co
vulſionem? In muſculis nervoſiſq
illorum aduertitur partibus. N
ergo à cerebro, nervorum fonte? V
derint ſanè quid reſponſum velin
ne proprios laqueos incurrant qu
nobis imprudentius obtendunt. V
mitum deinde urgebunt cardia
giamque fideles huius affectus com
tes, ſtomachi vitium manifeſtius pr
dentes. Quorum neutrum à ſuſcep
nos movet opinione, ſi quidem à c
rebro utriuſque derivetur mater
per cognatam nervorum progenie
ſexti paris ventriculo largius circum
fuſam, quæ ſtomachum nauſeante
tam in Capitis vulneribus, tum in h
micrania movet. Cardialgiam aute
idem excitat cerebri influxus ſive, i
ore ventriculi, quod cordis nomen
clatura dignabantur *Celſus*, *Galenu*
& *Aphrodiſæus*, ſive in corde ipſo
quod ſingulari triſtitiæ ſenſu cum ce

ro, non tam vicinitatis conſenſu
am nervorum membranarumque
gine, arteriarum venarũque com-
rcio afficitur: quin imo læſæ ad
monem ſpectantes particulæ ne-
ſario vicinitatis iure cordi quoque
em ſuam imprimunt. Hinc æſti-
re licet, qua veritatis ſpecie vita-
n actionum præſidem, Cor nem-
in primariæ affectæ partis partici-
ionem aſciſcant Viri claſſis non
imæ quidam. Certum eſt & extra
bitationis aleam poſitum, omnium
lorum hanc clauſulam, ſed quæ
uatur cerebrum, non præcedat, eo
ecipuè argumento quod ſine fe-
li intemperie Pædanchone fatum
turet, cerebri non cordis affecti
licium. Cor enim omni alienę con-
riæque virtutis aduentu velut ad
m diverſam & noxiam quocunque
ndu contractum perpetuos pul-
um motus vel retardat vel accele-
. At verò alia cerebri conditio.

corruptionem ſine vitalium intem-
perie eò uſque perfert, donec venæ
cordis ductus, vitij magnitudine in-
fecerit. Imò ex ſe, ſine cordis con-
ſenſu, mortem inducere quid vetat
quod animalium ſpirituum ad vi-
uſuram iuxta neceſſariorum, fa-
moderatur? De cerebro medius
dius in Pædanchone minus ambig-
quam de eiuſdem partibus in ſociet-
tem mali, ne prærogativam dicam
aſcribendis. Quippe interior nobili-
ris cerebri receſſus, quem medullam
vocant, ut pars princeps, excludi ne
meretur, apud quam animalis vitæ
det arbitrium & poteſtas. Ab h
enim nervorum origine per occipi
foramen in muſculos cervicis, lary
gis, hyoidis, & faucium diſſeminat
par vagum, ad latera tracheæ ext
riora recurrentes nervos vocis fe
& reſpirationis moderatores expa
dens, quos in anginoſo hoc affect
non leviter læſos deprehendimu

Quamquam cauſam alij inter quos *Aetius*, in impedito pulmonum motu conjecerint, quæ vel ſpinalis eſt medullæ, vel horum nervorum. Atque hinc problematum plurimorum pendet ſolutio quę torſerunt morbi novi interpretes. Quo fiat fato ut ſubito ſubinde ſine alia manifeſta cauſa extinguantur ægroti? In promptu ratio quæſiti, ex cerebri nuclei conditione, quę vel leviter læſa ſiue ab interiori incidente, ſive punctura exteriore, animans inopinato mortis genere proſternit, quod lanionum artificium ſolo acus in cervicem impactu apud *Subalpinos* improvidi boves experiuntur. Ex difficilioribus nodis & hic eſt, quare exanthemata & colli extumeſcentia alibi, ut ſæpius ἀφορισμοῖς monuit Cous ſenex, ſalutaria, in peſtilenti tamen *Angina* inter mortifera ſigna habeantur. Ego breuiter duplici nomine exitialia pronuncio, tum cauſæ ratione, quam ſigni. Huius

reſpectu mala, quia nobiliſſimę officinæ monſtrat ſtatũ, ea malignæ copiæ materiæ grauatũ, ut ſuis terminis contineri amplius nequeat. Deterior cauſa, quę ut maturius moriendi neceſſitatem acceleret recurrentibus nervis oppletis, ſtrangulantem tumorem ſuſcitat, in muſculis alioquin nudis innoxium. Ea dubij enodatione, non parum *Aphoriſticæ Hippocratis* ſententię mutuabimur lucis, quã ἐν παρόδῳ accendam. Bonum ſit exterius vergere tumorem in *Angina* quacunque: ſi materiæ μετάστασις univerſę ſequatur, & extra nervorum tractum ſubſiſtat. Vltima in ſinubus latet difficultas, quę rectè expenſa eorum nature diſpaleſcet. Quatuor in univerſum demonſtrantur ab Anatomicis, craſſę membranę veluti ventriculi, quibus tres alij *Syluiani* nuper accedunt à me primum in *Anatomia locupletata* deſcripti, inferior nempe falcis & laterales duo. Horum omnium preſ

ſio

um arterijs eſt copula; ex latere al-
ero venis ſociantur iugularibus, ad
uas velut canaliculi illum ſangui-
em amandant, qui in ſuperflua cere-
ri nutritione ex arterijs venerat ad
ferioriores jugularũ venas, ſolito gyro
editurus. Vnde ſi rationẽ, ut par eſt,
bducamus ex neceſſario horum du-
u, expeditam delabentis cauſę mor-
ficæ ad partes in Angina affectas
ollumque, viam exſtruemus, ſolu-
onis ſeu Criſeos gratia, quę ſubinde
er narium hæmorrhagiam perficitur
continuata longiſſimi ſinus falcis
m ſummis naribus communione;
nnunquam & ſæpius quoque per
erales ſinus venis deſcendentibus
ertos abſceſſu critico ad colli
rtes tentatur. Quamquam fruſtra-
am non rarò operam ludat Natura
impleti cerebri & corrupti vehe-
entiam, qua in ſinubus grumeſcit
guis ſpirituum defectu, & ad na-
corruptionis labe infectus altis

putridiſque aphthis commutatur. Cujus utriuſque & ſinuum & naſi turpes facies in demortuorum ſectione Aureus *Seuerinus* advertit.

EXERCITATIO II.

Cauſarum uſus. Veneni calidæ ſiccæq; qualitates, non humidæ. Cur pueri humidioribus infeſtæ? Humiditatem unde acquirant? Venereæ luis in Anginoſis ſuſpicio. Venenum fungorum eiuſq; correctio. Fungos apud Macri non eſſe ulcera ani. Fungi quid A bentina. In cerebro naſci, abdomine auribusque. Lixivium ad vomitum. Adjuvatur Atrociani in Macrum opinio. Fungorum in exterioribus uſus. Vſtio Hippocratis an Ara bum præferenda?

DVPLICI nomine cauſarum neceſſaria inveſtigatio, ad intimiorem affectus notitiam

feliciorem eiuſdem curationem, utrumque ſequitur. Vnde natus gni *Pergameni* ex cauſa ſcopus, m præſervatorium paſſim, alibi ratorium appellat, primum metis conſilium, cuius invictam neitatem quum perſpexiſſet oculamus *Seuerinus*, maximum amicinoſtræ ornamentum, eam in per-endis peſtiferi morbi cauſis adhi- felicitatem, quam à tali ingenio is facilè promiſimus: adeò in his m ſe præſtitit, ut quod addi vel ndari poſſit, fruſtra quæras. Ego de venenati contagij ſuſpicione certus ſum, quã qui certiſſimus, ua demonſtranda adeo anxiè ſuint magnæ mentes. In eiuſdem um natura hęreo, nec emergendi , ſi denegaverit manus Apollo. ì nempe calidum humidumque ſit inarium, aut eſſe poſſit, in quo cas ſicciq; clariora elucent veſtigia. ca enim aeris temperies & calida

ingratas has merces infauſtâ aurā
vexit. Vrentis pariter & torrenti
deris, quod à cauda minaci Co
tam nuncuparunt, par in mort
effectus, ardentium Febrium æ
malignorumque bellorum ignitæ
ces orbem iam ferè totum, ab eo
viſus fuit anno, miſerè depaſcen
terrarum ſiccitas & ſterilitas, de
conquerentes audias non paucos
lę ſuę interpretes. Dehinc ingens f
cium ariditas, à qua ſiti perpetua f
divexantur Anginoſi, infelices
culoſi Tantali imitatores. Mox ve
norum nativa conditio, quam ex
co plerumque metimur, atque
magis quod ad lucis accedat prop
tatem, ut Libro primo & ſecundo
peris noſtri *De Animantium Luce*
ſim expoſuimus, quo etiam utun
ductore ſiderei orbes, medio lum
noxias qualitates derivaturi. Prę
rea calori ſiccoque favet natur
cœli aëriſque temperies *Ægy*

litæ, Siciliæ, Calabriæ, Apuliæ,
rij, Neapoleos, & *Hiſpaniæ,* quo-
ı locorum inquilina hæc péſtilen-
cenſetur. Tandem non repugnat
ahentis in cerebro analogia, quæ
illis qualitatibus miſto cum ſpiri-
s animalibus intercedit. Atqui
pueri ſicci ſunt, nec tale eſt cere-
n, primarium, ut evicimus, luis
ptaculum. Ingenioſum quidem,
auſæ noſtrę ex ęquo ſubſerviens.
rilis quippe humidior ætas cere-
ıe ſimilis conſtitutio morbi au-
magnitudinem & periculum,
nec ætati nec naturæ familiarita-
a contagium ſiccum aſſimilatur.
rum veritatē cuivis notum *Hip-*
tici Aphoriſmi oraculum con-
at. Verſa autem vice adultiores
ım progreſſu facti, & ſicciore
ıeramento confirmati, facilius
ıgioſam Anginam perferunt,
fficilius inficiuntur, quando qui-
tam ad recipiendum humidior

ætas & cerebrum flaccidum, quæ ad patiendum iniurioſam contra ſiccitatis actionem, ſint promptiore. Hæc pro calidi ſiccique contagii ſu picione quum liberiori, ut meus mos, hic calamo ſignaſſem, comm dè animum ſubiit recordatio, con gii controuerſi duplicem eſſe ſtatu proprium unum, alterum peregi num, vel, ſi Philoſophorum notio acclamantem placidè feras, unum ſe, per accidens alterum: Illum in lore ſiccoque naturæ ſuæ conveni tiore conſiſtere, hunc in cerebro quiri humoris proprii & alieni pe ſione, unde humidum fieri venen quod ſibi relictum ſiccum fuerat, ris, quibus abundat larga ſegete put, humoribus admixtis, quo nuere obſcurius viſus eſt in morb cro Divinus *Hippocrates*. Equi eo invento medio non parum ia tor, quod ſine ullius offenſa dul apud me natum proprio Marte re

rim. Atque de cauſa propinqua hæc
ccurrebant. Ad remotas referrem
bens, quod aliis intactum video, na-
va Venereæ luis ſemina vel à paren-
ous ea labe infectis, vel nutricibus
tracta, quibus deinde aëris nocivi
cedente malignitate infauſtâ copu-
, novum morbi genus productum,
nquam nova ex Hydræ vulnere ca-
ta. Quò forſan Venereæ luis col-
neant ſigna manifeſtiora: Fauces
ceratę, venenum prędictis terris
miliare, cerebrumque vitiatum, ſive
contagio peculiari ob levitatem aſ-
ndente, ſive per oris ſuctionem
tracto. Auget ſuſpicionem aliorum
pulorum ab hac Angina immuni-
s, quibus calidis licet humidiſque
notior hactenus pœnitendus libidi-
s huius fructus. Qui quidem quo pa-
o per intervalla hos illoſve aggre-
untur, nolo poſt *Mercatum* Hiſpa-
rum doctiſſimum efferre, ne poſt
omerum condam Iliada.

Cauſis externis toto genere alieni i
ſummo conſilio aggregantur peſſim
familiarium ciborum ſucci, quale
ſunt herbarum quotidiani apud *Cam*
panos Siculoſque uſus. Braſſica nēpe
lactuca & imprimis fungi, qui Pauſa
niā puellam apud H*ipp*. ſuffocaban
Delirium accerſerunt aliàs, teſte *Bo*
tallo & *Foreſto*, Carumque, *Vidio* au
ctore. Nec veneni ſuſpicione apu
veteres carēt, ſi delectus abſit. *Scribo*
nij enim *Largi* eſt animadverſio, fun
gis venenatis quum quis laborat, pri
mum nauſeare, nec quidquam ma
gnopere rejicere: poſtea ſtomachu
ventriſque, & prçcordiorum infin
tos habere dolores, manare ſudore
frigidos per artus, qui & ipſi gelant
celerrime. Quæ noxij alimenti gr
phica eſt deſcriptio. Nam tametſi m
lioris notç quidam reperiantur in ſi
vis fungi, ijſque innoxie veſcantur g
læ addicti, fungi tamen ſunt facileq
vitium, niſi habeant, cōtrahent. Fam

ias apud *Plinium* extinxerunt. Quam noxam expertus Borromęus Epiſcopus teſte *Cardano*, aliuſque quidam apud *Epiphanium Ferdinandum*. Plures ſane improvidi in *Italia*, dum diſcernere neſciunt, fato ceſſerunt. Mortuos quoque *Lutetiæ Pariſiorum* ſtudioſos quinque adoleſcentes fama pridem tulit. Hinc in corrigendis fungis inutilibus venenatiſque poſt eſum ſollicitus fuit *Cornelius Celſus*, ſuaſitque ut radicula aut epota, aut cũ ſale & aceto edatur. Nec minus *Scribonius*, qui adiuvat ea radice, quam *Romanos* edere dicit, acri vel cum ſale manducata, eiuſve ſemine, ſi ipſa non fuerit, ex vino poto. In quem uſum quoque rutam ex aceto tritam commendat. *Plinius Valerianus* vulgo dictus porri ſuccum in cibis laudat contra venena fungorum, & alibi ſinapi. Quem ſequitur *Æmilius Macer* de porro:

——*fungis, ſi manditur, obſtat.*

Alibi de ſinapi:

Manſum peſtiferos vetat intus lædere fungos.

In quam rem plura de liliorum bulbo, & abſinthio carmina recitavit. Dubius quidem hic eſt *Io. Atrocianus*, fungoſque hic de ulceribus in ſede fũgis terreſtribus ſimilibus accipit. Verum non placet huius interpretatio, quum ipſe de liliorum bulbo ad eiuſdem *Macri* verſum,

Sic quoque fungorum vetat ille venena nocere,

fateatur fungos eos eſſe, qui veſcentibus ſunt periculoſiſſimi. Addo fungos in ſede non magis eſſe venenatos quam ulcera alia, imò nonnullis eſſe mitiores. De iis in ano *Celſus* lib. vi. ſcripſerat, qui aliis partibus quoque infenſi, non peſtiferi. In cerebro agnovit *Abenſina* craſſioris membranæ apoſtema, quod *fater* & *fateta*, hoc eſt, fungum nuncupavit. A quo *Galenus* de locis Affectis habuit, vo-

catque μυκήτας, aliis ſunt πλαδαρὰ ἐπιφύσεις molles laxiq; tumores, viſi quoque *Cornario* in Emblematibus ad *Dioſcoridem*, & *Schenckio* in obſervationibus vera fungorum figura. Quorum generationis rationem explicat *Ingraßias*, & nos *de Fungoſis Affectibus* Opere, curationemque per vincturam tradit *Paræus*. Eiuſdem generis fungi in hydropici abdomine invenit Incurabilium Noſocomij Neapolitani medicus *Seuerinus* ſæpius laudatus: Idem & in pollice pedis (mirum dictu) Siculi cuiuſdã *Antonij Brigandi* ex ſocietate Ieſu *Neapoli* fungum extraxit ingentem, cuius feliciſſimæ curationi aliquoties interfui. Fungum aurium tradit in Variis *Mercurialis*, noſque alium ſub umbilico deſcripſimus. Quibus quidem nulla infuit malignitas propria. Ad Terreſtres autem ut reuertamur fungos, quum reliqua correctioni exhibita minus ſuccedebant ad vomi-

tum provocaſſe videntur *Hippocrates* in Pauſaniæ puella, & *Scribonius* exhibita lixivia cineris ex ſarmentis pota, & nitrum aceto dilutum, eodemque modo æris flos & mel cum aceto. Lixiviæ ferè ad gypſum evomendum & ad ceruſſam aliis compoſitionibus uſus fuerat, quæ in morbis frigidioribus & diuturnis *Ætio* & *Paulo Æginetæ* probatur. Quo loci pro *Atrocianio* mihi aliquid occurit defendendo. Lixivium enim pictorium cum quidam *Petrus Panus de los Reijes* pro vino imprudẽtior hauſiſſet, ex gula excrevit carnem modo ſpongioſam, modo fungea forma, ut in Recondito Abſceſſuum Opere narratur. Verum nihil hæc ad ſedem, cuius longior à gula diſtantia, non hac ſed per propriam viam ſe exonerat. Ante fungorum quoque eſum cautelam ſuadet *Celſus*, ne ſumpti noceant, ut coctura emendentur. Nam ſi ex oleo infervuerint, ſive cum ſur-

culis piri omni noxa vacabunt. *Itali* aceto macerant condiuntque, ut in uſus quadrageſimales reponant. Omnibus ritè expenſis, quid mali ad Anginam conferant peſtilentem fungi aſſumpti, erit in propatulo. Si enim venenati non ſint omnes, omnes ſane ad veneni naturam levi mutatione infęſti tranſibunt. Id tamen ad fungorum laudem addo, ſine damno externis corporis partibus applicari. *Scolzius* ijs arefactis ſanguinem hęmorrhoidum ſiſtit, & earum ulcus ſanat. *Platerus* in Praxi fungorum corium his uſibus præfert, vel fungos eos arborum, quibus arte paratis (præſertim in *Italia*) ad excipiendum ignem ſilice uti conſuevimus. Ipſe Artis conditor *Hippocrates*, ut tempora antiqua repetamus, fungis hydropem uſſit, ubi hepar maius evaſerat. Ibidemque de Internis affectionibus, ubi lien magnus fuerit, maximèque intumuerit, capite apprehenſis fungis

inurit, aut ferramentis. Quorum vicem apud *Ægyptios* filum gerit teſte *Alpino*, quod non infeliciter ſuccedere in Xiphilide, verrucis, tumoribuſque ſchirroſis apud *Seuerinum* vidi, qui hunc operandi modum per fomitem in noſtrum orbem invexit primus. Quæ autem ratio pręferenda, fungi, an linum incenſũ, huius non eſt loci nec inſtituti. Fungos videtur elegiſſe *Cous*, quia humidos affectus exſiccabant. *Arabes* verò & *Seuerinus* fomitem, quia dura tubera tractant, cui *Dioſcorides* oleum ad humectandum augendumque incendium, alij Camphoram eodem fine addunt.

EXERCITATIO III.

aturam morbi in ſyderatione conſiſte-re, darique cerebri ſphacelum. Ubi ſimul Cardanus rejicitur & Serapion. Varij abſceſſus Cerebri. Quid apud Hippocratē σφακελίζεσθαι. Galenus excuſatus. Miranda cerebri vulnera. Aphoriſmi clauſula expungitur. Sideratio duplex. Apertio cerebri damnata. Cur vulnera parva magnis ulceribus graviora. Angina à Caro diſtinguitur, non ſine quadam Epilepſiæ ſuſpicione.

ABSCONDITVS more ſuo naturalis morbi ſtatus, qui tot apud Libitinam abſcondit udas ſimul & maturas mortalium nimas. Expoſitus tamen in lucem ab *uerino*, qui plures luci reddidit quā rpſerat orcus. Hic mirā affectionis

ideam in ſyderatione cerebri, quam σφάκελον Græci indigitabant, corruptionem alij, pari eloquentia & ingenio repoſuit, quod multis quanquam prematur difficultatibus, mearum tamen partium duxi egregium effatum explicare partim, partim ulteriori fulcro ſtabilire, ſi faverit genius, nunquam alias iniquior. Palmarium ſiderati cerebri argumentum præbẽt ipſa corruptæ eius ſubſtantiæ indicia ab *Hippocrate* de Morbis revelata, quorum pleraque ſuis expreſſa coloribus in Angina peſtifera me interprete dignoſcas. Ex capite dolor vexat, qui ſi ſpinam occupet, vel verius penetret musculos laryngis eiuſque nervos in tubera attollit, ſi penetrantis naturæ, contrariæ licet, ductu, per arterias vel ordinato potius ſuetoque curſu per venas jugulares defluat liquata cerebri cauſa ad Cor, animi defectum ſudorem ex vehementiori naturę conatu, & noctes ex dolore turbante

inſomnes

nſomnes obſervabis: Si ad ventriculi
icini os delabatur bilis, aut pituita
malorũ in cerebro cauſa, Cardialgia
xcitatur, & ab acrimonia putredineq;
lterutrius eroſis venis, vomitus ſan-
uinis: Si deniq; perfecta ſit cerebri
iſſolutio ex eadem vehementia, diſ-
upta ſanguinis cõceptacula, arteriæ,
enę & ſinus, ex naribus, qua via patet
rima, hæmorrhogiã profundẽt, alibi
lutis, hic necis augurium. Alia non
ngam ſigna ab eodem Oraculo pro-
cta, quia cranij ſiderati ſunt τεκμή-
q; prorſus ab hac linea, niſi alterius
is ſit ſuſpicio, excludenda. Signa di-
a confirmant partis affectæ demon-
ationes ſuprà appenſæ, quarum ſtã-
veritate ſphaceliſmus facilè appro-
bitur. Atq; hoc eo magis, quo alias
n ſemel viſus fertur. Rarum eius
i exemplum in Anatomia noſtra
ocupletata memorię poſterorum ex
ntano prodidimus, pueri cuiuſdam
mſtelodamenſis, qui paucis retrò

annis loco cerebri & ſpinalis medullæ aquam limpidiſſimam ſectatoribus oſtendit, ex liquata putridaque cerebri compage dubio procul expreſſam. Vt mirari non ſatis valeam *Cardanum*, ſummum alioquin naturæ artificem, ſideratum uſpiam in ſectione cerebrum obſervari, temerariè negantem, ſenſu oculorum repugnante & ratione. Enimuerò vis ſiderationis, ut H*ippocrati Galenoque* placuit, in corruptione firmatur & vitio quocunque, quod bifariam ſuperinduci ſum perſuaſus, à manifeſto nempe cauſarum primarum incurſu, & occulta venenorum labe. Ille calore & frigore, hæc peſtilenti aura ſpiritibus & toti ſubſtantiæ inimica, conſervante calore & ἰδιοσυγκρασία partis debellatâ, conſternit cerebrum, reſolvit & glaciei inſtar fundit, reliquaque inducit quæ νέκρωσιν ad amuſſim redolēt. Quam putredinis ſpeciem mollis eiuſdem humidaque principiorum

mixtio tanquam ex facili ſequitur, ut in nimio Veneris placidæ uſu experti plures, quorum immutatam τῦ ἐγκεφάλυ ſubſtantiam vidit in Epiſtolis *Horſtius*. Rationem ſuffulcit experientiæ fides, fallere neſcia, quæ cerebi abſceſſus, ſphaceli ęmulos, ſæpe ſæpius propalavit. Quamvis huius effati veritatem eo ſuaſus rationis momento negaverit *Serapion* Arabum doctiſſimus, quod tenſionem pars frigidior recipere minus videatur apta; tamen verior *Abenſina*, vulgo *Auicenna*, extenſionem cum nutritione, cerebro neceſſaria, pari paſſu cõpoſuit, & ex huius veritate, illius neceſſitatẽ ſummo iudicio induxit. Quod quotidiano rerum euentu prompti aſtruimus. E noſocomio Patavino quidam præterito anno ex vulnere capitis accepto curatus, vt quidem credebat, quum certa ſalutis fiducia exiret, quadrageſimo a vulnere die inopinata morte defun-

gitur. Cauſa exitij quum variantiu opinionibus incerta eſſet, mox aper to cranio evidentins comparuit, in genti viſo in ſubſtantia cerebri apo ſtemate. Similem ſuperior huic annu caſum in Procuratore quodam floren tiſſimæ Nationis Germanicę, quę Pa tavij in orbis univerſi ſupplemētum Muſis gratũ, & sereniſſimę Reipubli cę Venetorum, effloreſcit, protulerat Hic ex levi capitis contuſione, negle ctis per imprudentiam remediorum præſidiis, primò pedum brachiorum que Paralyſi, mox maturo inde fat ceſſit. In elevati verò cerebri ſyſtema te nullum alicuius momenti vitium præter Abſceſſum in oppoſito later enatum, comparuit. In eandem ren conſpirat & *Dodonæi* obſervatio Le thargici à ſe diſſecti, cui in anterior cerebri parte abſceſſus repertus, & pus interiori cranij oſſis parti adhæ reſcens. Nec abſimilis ſoporoſus al ter *Schenckio* memoratus, apoſtemat

ſtaneæ magnitudinis, aqua repleto
ucilaginoſa, prope nervos opticos
media ſiniſtri cerebri parte, nobili-
tus. Sed omnium admirationem ſu-
erat *Lutetiana* quædam puella, in
co *Delphino*, annorum 12. cui cura-
s variolis, tãtus capitis dolor diutur-
uſque ſupervenit, ut tribus menſi-
us nec dormire quiverit nec requieſ-
ere, nullas dolore inducias conce-
ente. Tandem quum tabida obiiſ-
t, ſtatim aperto cranio deprehen-
erunt præſentes Medici totam ce-
belli ſubſtantiam, qua ad dextrum
ergit, à reliquo corpore ſeiunctam,
graque involutam tunica vermem
vum intra ſe condere, eiuſdem pęne
olis, qua reliqua cerebelli portio, &
atio horarum duarum ſuperſtitem.
uius abſceſſus anomali oculatus
ihi eſt teſtis *Guido Patinus*, Medicus
ariſienſis, ingenio & eruditione in-
r primos conſpicuus.

Quid autem longius abſceſſus ad

has partes advocaui? Propius inſtituto favet *Hippocrates*, Aphoriſtica dicendi brevitate cerebrum σφακελίζεσθαι certa dierum normâ ſanciens. De cuius tamen interpretatione contentionis funem ducunt Eruditi. *Galenus* de ſphaceli principio expoſuit, eo ductus argumento, quod à perfecto nullus regreſſus. Applauſerunt tanto Viro *Thriuerius*, *Marinellus*, *Hollerius*, *Mercurialis*, aliique commentatores magni nominis & eruditionis, qui imperfectum putredinis gradum cerebro condonarunt. Verũ contrarios ſe præbuerunt *Braſauolus*, *Cardanus* & *Plantius*, feruidè non ſideratum cerebrum, ſed concuſſum à quacunque ſive externa ſive intern[a] cauſa propugnantes. σφακελίζεσθαι enim pro ἀποπλήττεσθαι, non rarò ſimili ſignificationis flexu permutari, à σφάττειν ſine dubio, quod iugulare ex repentino ictu vel caſu, notat, unde Apoplecticum cerebri affectum per ſi-

rationem illam ingenioſè com-
entus eſt *Antonius Stella*, Neapo-
ani gymnaſij ſydus. Quo perti-
nt laudata *Cardano Shenckioque*
rcuſſorum exempla, ſine cerebri in-
orioris offenſâ à ſolo concuſſu exitio-
. Quippe violentiori motu turbati
iritus & conſtricti, niſi mora tridui
i ſe locumque redierint, de Apople-
a conclamatum, ut tacitè expreſſiſ-
Cous ſenex putatur. Sanè quan-
am ſua hæc ſtent probabilitate, no-
n tamen in totum *Galeni* mentem
pudiare, ut cerebri incipiens ſit in-
ammatio, quæ ad naturam ſuam re-
eat, pure confecto, domita cauſa,
viribus à tertio die ſuperioribus,
uod ei in ſingulis humani domicilij
articulis uſu venit. Quin imò ſi mei
rbitrij eſſem, non tam principium ſo-
m, quam putredinis perfectum in
Hippocratis Sphacelo gradum indu-
erem. Hic enim, non imperfectus,
revem mortem accelerat, ſi quidem

viſæ apud *Hildanum*, *Carpum* & nos quoque cerebri non exiles portiones vulneratis exciſę ſine vitæ noxa, non putredinis particularis, fidem merentur. Ad hæc ſiderationis illa ſpecies, quam lethalem inficiatur *Hippoc.* in Morbis, cũ carne oſſis capitis, & cuti vicinę & ſubiecto cerebro aliquã corruptionis labem impreſſit. Quo loco commodè iſtiùs meminero, de quo, nuper ſũmo Artis detrimẽto mortalibus ereptus *Io. Dominicus Sala*, dux olim in Praxi noſter, Patavii referebat, in ipſa cerebri ſubſtantia gladioli impacti fruſtulum perpetuò, reliquo curato vulnere, ſine detrimento hæſiſſe, aut actionum incommodo, niſi quod Comitiali morbo comite vitam tranſegerit. In quo profectò à ſideratione minuta immune cerebrũ extitit nunquam. Sola nos urget adiecta Aphoriſmo clauſula, reditum à ſphacelo poſt tertiam lucem non obſcurè ſpondens. Quam equidẽ, *Martiani*, *Hip-*

ocratis genii, ſequutus ductum, trāſ-
erſo hinc ſtylo perfoderem, partim
uod eius concluſionis non meminer-
it in opere de *Morbis*, partim quod
nter ea numerari poſſit, quę à curioſis
ectatoribus huic præſertim ſectioni
ffícta leguntur, quam querelam ipſe
luribus hinc inde *Galenus* inſtituit,
acitéque approbarunt *Senenſis* Hugo,
& *Thaddæus Florentinus*, dum munere
xplicationis fideliter functi, Particu-
am ſeptimam data, ut videtur, indu-
tria tranſvolarunt. Quidquid autem
it, horum Syderationem Anginoſam
n duplici pono differentia. Vel enim
otiùs eſt cerebri, æquali tractu per
niverſum eius orbem, cerebrum pa-
iter & medullam, diffuſa; vel flacci-
dioris partis ſubſtantiam inſidens.
Huius rurſus vel principium expen-
do, vel complementum, & utriuſque
vel æqualem vel inæqualem ductum,
ex quibus futuros rerum euentus cer-
iori augurio divinabimus. Sydera-

tio namque totius ſi ad medullam perveneris, nulla ſalutis ſpes micabit, ſubitaneo invadente exitio. Cuius ex *Galeno* ratio in Commento, quia affectus ſit graviſſimus, & pars principalis, nobis intellecta, qui ſolam medullam, non cerebrum, nec cerebellum, partibus principibus accenſemus, à cuius quoque nobilitate Accidentium grauitatem penſamus. Minus à reliqua cerebri ſubſtantia periculi, tum maximè ubi & inęqualis ſit, excluſis vaſis membraniſque, & inter initia putredo verſetur. Non tamen ut ideò cerebri laudem apertionem, quam propoſuit in ſphacelo *Hippocrates* in Coacis, & poſt eum H*ollerius*. Quia in perfecto ſphacelo fruſtranea, in incipiente periculoſa, ipſoque malo acerbior. Cæterum hoc agmine ita ordinato, facile erit dubitantium difficultatibus occurrere. Principio durum nō abs re videbitur, cerebri in Angina corruptionem nullas febres

phrenitideſve ſequi, quum ex levi quocunque cranii vulnere tot inſurgant ſymptomatum monſtra, & cita mors. Dubij difficilis varias adapto reſponſiones, quas pro cuiuſque palato quivis ſeligat. Scilicet novum in morboſo ſtatu non eſt, exigua vulnera plus partibus principibꝰ nocere, quã abſceſſus & ulcera magna, ſimul & ætate & more, quemadmodum ſingula percurrenti patet. Pulmo vulnerum impatientiſſimus vomicas, tabidorumque ulcera in multos annos perfert, propriamque ſubſtantiæ corruptionem tanquam in ſinu anguem circumfert. Nobiliſſimum cordis viſcus abſceſſus patitur in auricula, & in vtroq; ſinu, tumores ibidem ex vario materiarum contextu ortos, calculos, vermiculos, pituitam, pinguedinem, ulcera, magno ſubinde temporum ſpiramento, quod vix aciculæ puncturam in ſiniſtro admitteret. Pari pacto vulnera ſiue jecoris, ſive ve-

dicæ, ſive inteſtini tenuis, ſive deniq; tranſverſi ſepti, pro lethalibus ablegat *Cous* Iudex, in quibus maiori vehementia tumores, ulceraque, absceſſus & ſteatomata, lumbricos & quodvis inſecti genus patientiſſime diſtinguas: Quorum ſingula partim ex autorum diligenti lectione, plurima ex propria experientia, alibi fuſius enarranda, nou dubia fide mutuor. Diuerſitatis autem ratio, ſi de cerebri conſtitutione loquamur, ex qua reliquorum fiat iudicium, ex tardiori ulcerum tuberumque generatione & illabente aëre, mea quidem coniectura, emergit. Succeſſivo quippe congeſtionis momento cerebrum, in ſenſu pigrius, putredinis noxam velut conſuetudine familiarem ſine ſubitanea totius immutatione amplectitur, donec virus totum compleverit orbem, ſingulari præſertim cranij mẽbranarumque obvallatu ab aëre tutum externo, adeò in vulneribus capi-

is ſugiendo,ut ſi exactam qualitatum ymmetriam excedat, certum & ma urum ægro fatum acceleret. Addo olutioni prædictæ peculiarem veneni proprietatem,quę in peſtifera Angina nativam cerebri temperiem ad phaceli contrarium habitum ſine inflammatione, primorum elementorum ſobole, apta eſt flectere,non alia ane ratione,quam cordis naturam ſine febre non rarò pæſtilentię lues infringit. Opponent & ſimilitudinem, vel, ſi Philoſopho eſſe licet, identiatem morbi huius cum Caro, ſoporoſo affectu,alijsque,quibus ſphacelus cerebri communis videtur; Verum enimverò & affectus ſede, quæ is particulæ tantum cerebri, illi ſæius quoque oblongata medulla; & ffectrice cauſa ſeparantur. Illi aura uædam maligna, his ex communium humorum aliquis naſcendi deere occaſionem. Atque ex læſa medulla, quo fato neque Apoplexię ne-

que Epilepſię Anginoſo morbo im
ducuntur? De utriſque ſanè iamdu
dum fuit ſuſpicio, nec dubitarem eve
nire utrumque, ſi per veneni vim diu
tius anchoram iacerent Charontea
cymbę. Imprimis augetur de Comi
tiali affectu coniectura, ex natura ęta
tum teneriore, ſpumâ circa os morii
turis, & diſerto *Aetij* teſtimonio, qu
infantes hac aura circà collum affla
tos plurimos in ulcerum repurgatio
ne convulſionem paſſos aſſeveravit.
Id quod neutiquam de vehementior
convulſionis ſpecie aut Epilepſię, ſed
levioris ſaltus aliquo aut contractio-
nis geſtu effícto, qualẽ in pueris aliàs
vidimus, libentuis interpretater, quia
peſtiferæ ſuffocationis hęc eſt indo-
les, ut ſine vulgatis ſymptomatis me-
dullę nobilis exitium metiatur.

EXERCITATIO IV.

Vomitus à difficultatibus vindicatur. Remedium magnum eſſe contra Galenum. Quomodo collum expurget, cerebrumque, qua via thoracem. Pueris conferrè. Diſcrimen Veratri apud antiquos. Non nocere capiti, quo loco Celſus explicatur. An per partem affectam tuta purgatio. Ea per inferiora improbatur. Tutum eſſe in inflammationibus Vomitum, non repugnante dolore. Sputa ſanguinea non eſſe periculoſa omnia, ſuperque his nova Aphoriſmorum conciliatio, Et alia pro Vomitu argumenta.

IN Angina ſuffocativa primas vomitui partes aſſignat eruditus noſter *Seuerinus.* De cuius cõſilij veritate, vt verũ fatear, impẽſè

ſemper dubitavi. Omnia diſcuſſur
quæ in contrariũ obverti poſſunt,e
periar fauentis genij ductum,an cal
mum dubium in *Seuerinianam* op
nionem flexurus fortaſſe ſit: adhu
enim dubius hęreo, varia argument
rum ſerie permotus, quę ex Indicar
tibus, ut vocant, Permittentibus &
Prohibentibus in Anginæ peſtifer
ſcenam prodibunt. Initio quidem a
Angina peſtifera non indicari vomi
tum, diſpar utriuſque ratio oſtendi
Illa enim morborum, qui corpus mi
ſerum vexant, acerbiſſima & maxim
cẽſetur, ſive motum ſpectes, ſive mo
rem, ſive partem affectam intuearis
ſive ſymptomata parem affectionem
comitantia. Vnde remedia poſtula
virtute non inferiora, ſi quidem ex
Lesbia medentium norma, magni
morbis remedia magna applicentur;
quorum vicem vomitus non ſupplet
nuſquam inter magna auxilia ab Ar-
tis noſtræ conditoribus repoſitus. E
enim

…im nominis prærogativa gaudent
…ntum Venę inciſio, & per alvum
…urgatio. Neque peccantis humoris
…tus vomitum indicare potis eſt. Ora-
…ulum eſt magni Præceptoris noſtri,
…orbos, ea parte qua proximi ſunt,
…ducendos, & qua parte ſingulis patet
…xitus propior, illac extrahēdos. No-
…træ autem affectionis noxā, non ven-
…iculi ambitus cōplectitur, ſive cauſā
…ali conſideres, ſive malū ipſum, ſed
…a cerebro, hoc partibus collum cō-
…ponentibus inſidet, quas ſedes per
…omitum proximū expurgari quis di-
…xerit? Verum ex permittentibus in-
…eniamuſne vomitus utilitatem, iam
…quiremus. Primarium permittens,
… robuſtior corporis conſtitutio, ſive
…uoad vires, ſive quoad confirmatio-
…em, mox ſufficiens ætas, tempera-
…mentum aptum, & tandem conſuetu-
…ne acquiſita vomendi facilitas. Hæc
…morbo Anginoſo puerorum defi-
…unt omnia, qui corporis naturalem

imbecillitatem minus reſiſtere potentem, ætatem puerilem & ignotam conſuetudinis, intercipit, imò humida carne præditam, de qua cautione *Hippocratis* extat effatum in Veratri, vomitorij nempe remedij, uſu vitandos maximè humida carne præditos, & ſubſiccos, & balbos, & blęſos. De prohibente ætate *Aetius* & *Plinius* cum ſenectute puerilem conjungunt, ad veratri vſum ineptam. Quod ideò amplectimur libentius, quia & vires in his qui peſte hac corripiuntur, natura partim, partim morbo debiliores, quam conditionem ętati puerili prohibentem addi voluit in Emeticis *Petrus* Caſtellus. Prohibentium vomitum in Angina noſtra numerum augent imbecillius puerorum caput, colli vitium, & thorax affectus. De capite *Celſus* pronunciat. Quibus caput infirmum eſt, maximè alienus Vomitus eſt. Et ſuadet ratio, vehementiori ſtomachi motu elevari a

caput per ſe imbelle vapores, turbari ſpiritus, & concuti membranas magno ægri capitis damno. Quanquam *Celſum* Vir eruditus Emeticorum fautor, de capite, non morbo, ſed natura imbecilli, laxo & raro interpretetur, noſtri inſtituti tamen iuvat conatum, puerorum naturali cerebri flacciditas ex mala conformatione, & ſeminarij parentum veneni, & aëris peſtiferi influxu ducta; quibus ad ſiderationẽ perveniſſe ſupra demonſtratũ quum ſit, maiorem ſane capitis imbecillitatẽ nec vidimus nec concipimus. Vomitum quoq; in gulę apparatu morboſo damnãt certatim omnes, antiqui pariter & novitij. Rotundo ſermone inſinuat Arabum Princeps *Abenſina* noxium vomitum iis, qui pectus ſtrictum habent & malè anhelant, collum gracile apoſtematibus, quæ in ipſorum gulis naſcuntur, peraptũ. Profecto ſi nuda colli ad apoſtemata diſpoſitio purgationem per ſu-

perna inhibet, quanto vehementius pręſens iam gulæ abſceſſus? De quo clarius *Galenus* commentatur de Humoribus, cavendum monens, ſi quem in gurgulione aut faucibus, aut ceruice, morbus excercere conſueverit. Quorum autoritates invicta firmabo ratione. Vomitus quippe in abſceſſu colli Anginoſo materiam ex ventriculo noxiam revocat ad affectam inſigniter partem, conatuque vehementi eandem irritat, & ſi dicere liceat, contra omnem medendi regulam, quæ per partem affectam expurgari humores concedit nuſquam, curatione defungitur. Simile de affecto thorace, contentiſque in eo partibus iudicium, quæ non alibi magis quam in ſuffocatorio hoc puerorum affectu à vomitu dilacerantur, ubi & reſpirationis adeſt difficultas, cordis defectus, & ſuffocationis periculum. De hoc Sybillę folium *Paulus Æginetа* recitavit, ubi vomitus commoda ad

examen vocans, adverſari refert iis, qui ſuffocationibus ſunt opportuni. Reliquorum veritatem teſtimonio ſummi Medicinæ reſtauratoris *Pergameni* tueor, qui libro de Humorib⁹, in purgationibus per ſuperiora tuſſes ſuadet obſervari, aſthmata, interna ulcera, ac pulmonis tabẽ, iocinoris pariter colliquationẽ, & ſanguinis ſputum. Quocum ſentit & *Aetius*, fideliter de vomitibus monens, ſanguinis eiectioni contrarios eſſe, ſtrangulabus uteri, naturis nauſeabundis, animi deliquiis, his qui à ſuffocatione aſſidue vexantur, & qui ex qualibet occaſione caput doẽt. Horum autem ſymptomatum ferè omnium συνδρομὴν cum in Pædanchone oculata fide advertamus, miraculo ſanè non caret, vomitum pernitioſum in ſalutis vocari auxilium. Vt ſilentio prætercam revulſionis & evacuationis commodum, per inferiora tentandum, contraria videlicet ad partem laboran-

tem via, per vim qua ſi revocari, nolente & natura & ventriculi ſtructura, in primo præſertim vitæ limine inglutitioni deſtinata, non contrariæ regurgitationis officio, à quo & animantia cętera & ſtomachi rotundiora fibrarum oſcula, poſt guſtum, velut fine naturę adepto, concidentia, abhorrent. Et hęc quidem contra vomitus uſum animo concepi. Quibus an aliquid ex veritatis fōte reponi queat, porrò videbimus. Non latet mihi difficile ſaxum volvi, ſed obfirmandus animus ſeria naturę cogitatione, ut ad utramque cōtrouerſiæ partem promptum ſe exhibeat & indifferentem, qualem ſubinde amicorū gratia Sceptici induimus. Ad primum quod de minori Vomitoriorum, quam requirat morbus magnus, efficaciâ; non uno parati ſumus modo reſpōdere. Enimverò Vomitum replicabimus in fortiori medicamentorum cenſu haberi quam purgantia, unde valentibus tan-

ım helleborum propinat *Hippocra-*
s, purgationem per inferiora debi-
ɔribus. Quodque inter magna reme-
a à *Galeno* exulet, duplici factum
:or de cauſa, ſeu quia propoſiti me-
or duo ſumma genera remediorum
ɔnſtituens diverſorum eradicativa,
nguinis nempe & humorum aliorũ,
b hac purgationis nomenclatura
iam Emetica comprehenderit: ſive
ıod minori loco remedij hoc genus
ſtimaverit, quo ſanè titulo malè ab
ruditis *Hippocraticæ* antiquitatis ſe-
atoribus audit *Pergamenus*. Quod
;id nolis reſponſi, debiliorẽ morbo
ɔmitionem nullo meo damno aſſu-
ıam, ſed optimo medentium inſtitu-
ɔ, morbi non ſatis cogniti exordio
ebiliora tentantium: Ita viam mon-
rante *Coo* ſene *libro de Locis*. Quin
x ſententia ſcholæ communis, præ-
arationis munus aggreditur, dum ad
aiora illa præſidia aditum ſternat ſe-
uriorem. Verum ex rei veritate, quo-

cunque remedij gradu Vomitum ha-
beas, præmiſſa Venæ apertione, ma-
gno utique auxilio, reiectionem per
os præcipit ingenioſus *Seuerinus*. Ma-
ior ex ſitu humorum urget nodus, qui
quum in Pædanchone non ſit in ven-
triculi cavo quærendus, ſed thorace,
collo intermedio & capite, fruſtra vo-
mitum ſine utilitatis ſenſu moleſtum
excitabimus. Hunc ut ſolvamus, di-
ſtinguenda ſemel vomitus indicatio
primaria, ab illa quæ ſecundaria dici-
tur, ſeu per accidens, deinde inter cau-
ſam prȩeuntem & coniunctam, mox
inter ſymptomata & morbum accu-
rata hic ſeparatione utendum. Prima-
riò quidem vomitum indicat prȩſens
in ventriculo materies, ſecundariò
verò vicinarum partium plenitudo
ſive ob communem reliquarum par-
tium cum ventriculo conſenſum me-
diantibus membranis, vaſis & vicini-
tatis iure, ſive neceſſaria ſequelȩ ra-
tione per revulſionem humorum,

ntecedentis cauſę, forſan & foven-s evacuationem; ſive denique per icinarum compreſſum, qui partim emotis ordine recto communicatur, artim quieſcentem ſingularum vim d expellendum ſuſcitat. Et quamvis norbum preſſius non tangat in cere-ro fixum, ſat tamen fuerit, ſi cauſam oventem detrahat, leniat ſympto-nata, quæ ob iuſtum ſuffocationis ericulum, univerſam ferè ad ſe ope-am trahunt, & morbi pravam ſobo-ē in collo manifeſtã vel exterat vel mminuat. Quo id autem fiat modo, oſt pauca ediſſeram. Iam ad ſingula progredior. Vomitum dixi ſcopo principali ex ventriculo latentem im-pactamque arctius morbi Puerorum Anginoſi cauſam expiare, quæ fomi-tis inſtar perpetuo nova mali incre-menta capiti, collo, & thoraci ſugge-rit, ſive bilis fervidioris ſit ſubſtantia in æruginis iam vel porri malignita-tem tranſmutata, ſive pituita candi-

dior, quam avida puerorum ingluvies quotidiè generat, ſive ſporadici veneni ęmulæ putredines ſuperiora partiũ affectarum loca foventes. Servit inſuper expurgandæ vicinæ medij ventris regioni, in quam per arteriam aſperam ex faucium voragine deſtillavit labes, ſuſcitata reſpirationis difficultate, & in ſuperioribus quoque extremo ſuffocationis periculo. Quipppe excitatus à vicino ventriculi, ſepti medij, & muſculorum motu pulmo, conſtringitur ſimul & dictum factum exprimit, quidquid in eo purulenti collectum hæret. Cui motui ſubſidiaria pharmaci vomitorij opera accedens, ſelecta illa trahendi qualitate peccantis puris particulam ad ſtomachum vocat, vel recta per ſputum ſecernit. Non alia equidem ratione, quã in tuberculo pulmonis cum vomitu pharmaci vi concitato, pus ſequutum in libro de Morbis *Hippocrates* prodidit. Non id per ſputum ſolum, ut ar-

tor, ſed immediato ad ventricu-
n ductu per phrenicas arterias ex
phragmate productas, vel cœlia-
s venis ventriculi per anaſtomoſin
mmiſſas, vel aliâ quacunque via
nota, quam indiga ſubinde natura
ſe modo facit, modò factam inve-
. Expeditiori modo gulæ partes in
danchone vomitu inaniuntur, ab
netico videlicet pharmaco tranſe-
te, partim reſolvente compactam
tonſillis peſtem, partim inflamma-
onem temperante, partim quoque
ncuſſione partium communi ſpon-
neam adiuvante excretionem. Pa-
m ſi non maiorem ex vomitu utili-
tem experitur Caput in abſceſſu
ierorum ſuffocatorio primario ten-
tum, primo materię fouentis revul-
one, qua ex ſtomacho retracta, ſpó-
e ſua tanquam iure ſucceſſionis ad in-
riora prolapſo veneno, ſuccedit ca-
itis expurgatio, quod technica quo-
ue medicaminum attractione perfi-

citur, eo planè modo quo per maſt[illegible]
catoria & naſaria fluentem humore[illegible]
elicimus. In quo rerum conatu co[illegible]
turbatur cerebrum, propriaſque pa[illegible]
tes conſtrictum vehementius ag[illegible]
& ad ventriculi membranarum co[illegible]
tractum ſe componit, continuata pa[illegible]
tium inter utrumque compage. qu[illegible]
ad alterius motum movetur, & [illegible]
conſtrictionem pariter retrahitu[illegible]
Quod ſuperioris purgationis bene[illegible]
cium non capiti per aliarum partiu[illegible]
conſenſum ſolum, ſed & ἰδιοτα θεία a[illegible]
fecto ſalutari eventu præbetur, [illegible]
ſexcentis in locis profitentur anteſi[illegible]
gnanus noſter *Hippocrates*, eumqu[illegible]
vno ore ſequuti omnes, qui Divin[illegible]
Arti nomen ſuum inſeruerunt. Cæte[illegible]
ra permittentium dubia ad indicatio[illegible]
nem Virium ſpectant, temperament[illegible]
nempe, ætatis, conſuetudinis, qua[illegible]
quid agendum non prohibent, ſe[illegible]
menſuram ſingulorum, quam quan[illegible]
titatem nuncupat *Galenus*, definiunt[illegible]

in puerorum morbis, debilium aut ſuetorum, non ſit adeò fugiendus mitus, quam huius, in debita ætati iumque menſura, excedens uſus, adu minori temperandus & quan- ate. Quo digitum intendẽs, oracu- *Coum* in Morbis, ad aphtham pul- onis curandã, ſi potens ſit ægrotus, eratrum per ſe; ſin minus, potionis midium exhibendum, ſapientiſſimè æcipiebat. Quem indicantis vomi- s ſpecificum gradum in electio- materiæ medicinalis quoque ad um ætatis puerilis & temperamen- variari abs re non erit: Vnde nos n promiſcua electione Pædancho- in vomitu ſeu Veratro, cuius iam ignoratam preparandi rationẽ ob- levit ferè vſus, ſeu alijs vehemen- oribus curemus, ſed benigniſſima zoartici præparatione, quam in nem formã mutatam pueris An- noſis innumeris innoxiè exhibuit *uerinus*, verus Parthenopes Ma-

chaon, & ipſi filiolo *Hyacintho*, qu
dulcedo auxilij adeò cepit, ut ſingu
ferè menſibus à Parente ſummo, p
cibus non fictis, perpetuum vini e
fucati hauſtum viderim extorſiſſe,
tamen cautione, ut ætatis puerilis i
tuitu poculum exigua doſi diluer
Eam medicaminum ſelectionem an
quis fuiſſe uſitatam in virium inf
mitate, non inani coniectura aſ
quor, debilibuſque Veratrum nig
fortioribus album præparaſſe. Q
diſtinctione vis adverſantium no
auctoritatum evitatur, quarum a
quæ à pueris vomitum prohibeba
admittebant aliquæ, nigro videli
Elleboro, quem albo præferunt,
temperamenti mediocritatem, *M*
ſues, *Matthiolus*, & *Codronchius*. Q
opinio noſtra ex textu *Hippocra*
in Acutorum victu nata, qui valen
elleboro albo revellendos ſign
oratione notavit. Notandum aut
ad uberiorem argumenti ſolutione

virium ætatiſque robur, nunquam adeò in Pędanchones principio disjectum, niſi fatale portendat exitium, nulli remedio tētandū, ut lenia Emeticorum repudiet medicamenta: nam in vigore morbi libentius iis abſtinemus. Conſuetudo prorſus ἀπροσδιονύσους quia eam tractamus ætatē, quæ cum aliis conſuetudinis huius initium ſine diſcrimine capiet, facili ſcilicet ventriculo & laxo, humorū copia, victus ratione humidiore, & reliquis ad ſequendū artis Medicæ ductū quā promptiſſimis. Nec magnopere prohibentia ſtringunt, quanquam & capite laborēt Anginoſi pueri, collo, & thorace. Repleatur ſanè caput excitato vomitu. Ea facilitate evaneſcent ſubitanei illi vapores, qua generati fuerunt, (ceſſante convulſivo vomitus motu, quo elevati ſpirituum in morem ex ſtomacho prodierunt) ſive per narium declivia, ſive inſenſilem diſcuſſum, ſive condenſati à cerebri frigi-

ditate per palati infundibulum ſeceſ-ſerint. Quo minus autem mala capitis diſpoſitio vaporibus excitatorum in vomitu humorum affligatur, obducendam capiti faſciam ex linteo arctam, premonuerũt Auctores noſtri. Quod ſi infirmius ſit, quam ut vomitui reſiſtat, Emeticorũ fortium uſum minori genere, quoad ferre poſſit, permutandum cenſeo, de qua Emeticorum vehementia, non temperatura parti debita, explicandus omnino *Celſus*, ubi vomitum infirmo capiti alienum ſtabilivit, quum alibi ipſe cum tota antiquorum ſchola vomitum probet in ulceribus capitis, inſania, Melancholia, Apoplexia, Herculeo morbo, Hemicranea, Cephalæa, Paralyſi, & reliquis affectionibus penè omnibus, quę caput imbecille vexant. Sin eo pervenerit Anginoſi puerorum capitis ſtatus, ut ſidera imitetur, depoſito vomitus conſilio conclamandum. Gravius contrariæ ſenten-

tiæ

tiæ pondus ſuggeritpars gulæ offenſa imflammatione & tumore, per quam novum materię fomitē ducit evomitio. Sed perit apud nos huius argumēti vis. Enimverò per partem affectam, evacuationis ergo peccantem cauſam ducere, inauditum *Aſclepiadæis* non eſt, qui inteſtinorum ulcera ſeu Dyſenteriam per alvum curant, menſtruorum quodvis vitium per os uteri, per urinæ ductus eorundem ægritudines deducunt. *Celſus* in re ſimili, ad linguæ ſcilicet reſolutionem, vomitum laudavit, & ad Spaſmum Cynicum *Ætius* ęgrè ſpirantibus, *Ægineta* aſperæ arteriæ morbis. Vnde maiori ſecuritatis fiducia Anginam per vomitum tentamus à latere tantum affectas tonſillas lambentem, & in tranſitu materiā tuberoſam ſimul & damnum inflammationis ſolvētem, quod ut per partem læſam fiat commodius, ſubito tranſitu totum opus abſolvunt emetica. Damnum verò, ſi quod eſt,

maioris beneficij commodum compenſat, quemadmodum in re parum diſſimili ad Methodum inculcavit *Galenus*. Purgationes per alvi extrema tentari hoc caſu neque debēt, neque poſſunt. Non debent, ob malignæ naturæ ſuę neceſſariam copulam, quę oleum igni addet; neque poſſunt, ob tardiorem motum, quem peſtilens Angina, nullius moræ patiens, non expectat. Naturam contrariam fruſtra inculpamus, quæ omnem æquo animo excretionem didicit perferre, ambiguis ad id negotij fibris non expellendo, ſed firmando ventriculo dicatis. Claudi quidem ventriculi oſtiū ultro dederim, ſed coctionis tantum ſpiramento, quo vomitum noxium planè damnamus ex *Galeni* de Phlebotome contra Eraſiſtrati ſectatores diſputatione. Obvertent nobis fortal ſe inflammationis augendæ periculū. Sed eos ad H*ippocratem*, *Galenum* *Abenſina*, *Aurelianum*, *Aetium*, *Tra*

lianum, alioſque numero plures remittam, ut novum id in Inſania, Melancholia, Phrenitideque non fuiſſe diſcant. *Plinius* medentium amicus, tuſſi veteri, inflammationibus, torminibus, ſuadebat album helleborum. Præterea moleſtus initio ſit vomitus, ut fit, paracto eo ceſſabit inflammatio, & ad priſtinum redibit ſtatum, imò meliorẽ, materiâ inflammationis abſumptâ. Si dolorem metues, nimis peregrinum te in veterum oſtendes inſtitutis. *Hippocrates* enim ad ipſum capitis dolorem commendabat vomitum, cui acceſſerunt *Abenſina*, *Gentilis*, & *Ægineta*. Hemicraneæ quoque elleborum præpararunt infiniti. Comprobavitque ſuo experimento in Phœnicis morbo *Cous* nominatus, & in gummatibus venereis *Floravantius*. Nec impedierunt aliarum partium dolores. In Hydrope exliene *Hippocrates* ipſe veratrum initio exhibuit de Int. affectionibus, in quo

Hydrope acutos dixit excitari dolores. Vbi veratrum pro albo accipiendum, authore *Galeno*, alijſque, quia nudum ponitur ſine ulla ſpeciei determinatione. Quod ſi *Hippocratis* oraculo monitus ſanguinem ſupra efferri nimis credas periculoſum, ſcias de puro eſſe loquutum Aphoriſmum. Imò ſi plura velis, dicam in *Coacis* Prænotionibus à veratro rubicunda vomere, ſpumoſa, pauca, profuiſſe. Et in tertia Pleuritidis ſpecie apud *Hipp.* de Morbis, innoxiè ſanguis exſpuitur, quando à ruptura prodit, præſertim ſi ſufficiens fuerit. Vidit enim *Piſo*, quendam à copioſo ſanguinis fluxu perſanatum. Quod ipſe *Cous* alibi fatetur, ſanguineum vomitum ſalutarem eſſe, ſi ſine febre accidat. Vnde, quod eum damnet, qui cum febre eſt, alia ratio, ſi accuratè mentem inſpicias: ἐπιγίνεσις enim eſt, quam ubique malam ſcimus, ubi febris vomitui ſupervenit. Quo ſenſu prior

pud eundem Pleureſeos ſpecies pe-
culoſa fertur, ſi rupta interius ve-
a,dum ſanguinem expuit, Pleuriti-
e corripiatur. ἐπιγινομένων autem hic
abendam rationem ſectio indicat
rdineſeptima,quæ tota de ſuperve-
entibus, ſi paucos exemeris Apho-
ſmos, unde triſtem ubique clauſu-
m circumfert & ominoſum even-
.In antiquis ſanè MSis.περὶ τῶν ἐπιγε-
νόμων liber inſcribitur, à quibus in
mmentariis ſuis non diſcedit *Gale-
s*. Quare ſi inter ſe diverſos lib. 4.
7. Aphoriſmos commiſeris, vomi-
m ſanguineum minime improba-
s. Quibus omnibus pro re nata in
ramque ſententiam ventilatis, &
fficultatem agnoſcas, & *Seuerini* in-
nium divino inſtinctu omnes ſupe-
ns, quod ut ulterius admireris, fa-
ntia vomitui Pædanchones momē-
ſtrictim pertexam. Agmen ducat
ppocratis authoritas, qui dolores
ora ſeptum vomitu ſedavit, & cla-

ræ auctorum reliquorum voces, *Celſi*
nempe & *Aetij*, quorum ille ad lin-
guæ reſolutionem, & ſpaſmum Cyni-
cum, hic ægrè ſpirantibus, ut & Angi-
nis occultis manifeſtiſque emetica
probavit. Nec utique ratio defuit, ſi
æqua mecum lance rem expendas.
Quippe excitatᵘˢ motu vomitorio lin-
guæ calor reſolutionis damnum fa-
cilè reſarcit, & vibrato flexu ſpaſ-
mum reducit. Ab arctiori autem ma-
teriç infarctç excitata reſpirandi diffi-
cultas, eadem compreſſione reſolui-
tur. Quorum preſſis inhærentes veſti-
giis ſpagirici quidam, prçſertim *Harr-
mannus* & *Faber* uterque in Arte ex-
ercitatus, nullum pro Angina præ-
ſentius remedii genus, quam per ſupe-
riora reiectionem, experientia pro-
barunt multiplici. A qua ſanè Angin
ſimplici, ad peſtiferam vi majoris ar-
gumenti valet demonſtratio, quem
αὐτοψυὴς urbis non ita pridem infect
terror Charontis, & ſolatium viu-

rum *Seuerinus* ſępicule expertus eſt. Idque præmeditato medendi conatu, quem ulterius invicto argumentorum apparatu laudabo. Nam magnis morbis paria debentur ſubſidia, & acutis peſtiferiſque paſſionibus, quæ cum mora certum trahunt exitium, eadem celeritate & ſalutifera natura auxilijs, quam fieri poteſt citiſſimis, occurendum. Quos perfectionis numeros ſolus implet vomitus, non quivis, ſed quem ex Bezoartico pulvere invexit perſpicax *Seuerinus*, ſive ipſũ expendas ſubſidium, ſive ſubſidij materiam. Remedium ipſum cito tranſitu & vehementiori, partim abſceſſum gulæ ſuffocatorium reſolvit, partim reſolutum evacuat, partim ne in principio congeratur accuratius, prohibet. At remedij materia quid non confert.? Malignitati peſtiferæ contrariatur, & ſummo opis experimento malignis ſe febribus applicat, inflammationem gulę ſedat vel extin-

guit, contra, quam operantur alia ſive Lorum *Scribonij* ſive Veratrum, ſive denique Nicotiana herba. Imò, quod mireris magis, ſitim urgentiſſimam præſentaneo iuvamento delet, ut de quodam feliciſſimé Neapoli à ſe curato mihi teſtatus eſt *Seuerinus*. Hæ ſalutaris poculi ſunt dotes, hi effectus ſingulari quaſi proprietate Anginæ peſtiferæ inſidiantes. Hæc præter, duplicem fructum ex totidem vomitorii regreſſib⁹ imaginor, & impreſſam ab eo in affecta parte virtutem, eo diſcedente adhuc ſuperſtitem. Tandem, ut probare probatiſſima finiam, eo magis in Angina eligendus vomitus, quod ſubinde naturæ ductu fiat, hanc viam in Pædanchone monſtrantis. Vt taceant iam ſuſpiciones vomitui, tanquam contrario naturæ, adverſantes, quem adeò quidam naturalem habent, ut non alia via excrementa naturæ deponant. Id in utroque animantium genere obſerves, Homine

prutiſque. Præteritis retrò annis per Italiam cæteram & *Patavij* me præſente oberrabat Vir quidã conſiſtẽtis ætatis, & benè habito corpore, cui *Angelæ* nomen ob fœminæ primam faciẽ inditum fuerat. Huic quum à primis incunabulorum annis clauſus eſſet & anus & urinæ meatus, naturæ quadam facilitate duriora coctionis primæ excrementa ſtatis periodis per os quotidie regurgitabat, aquoſum verò ſecundæ coctionis ſerum per fungum quendam ſpongioſum ſub umbilico pendulum exſtillabat, quam hiſtoriam alibi in Opere *de Fungoſis Morbis* clarius perteximus. Viperis eadem excernendi per os ſuperflua naturæ eſt conditio, quia in inferioribus patentem exitum genus denegavit. Nam quotidiana de canibus, hoſque imitaturis hominibus vulgata & domeſtica in præſentiarum tranſmitto, ad finem properans, & totius diſputationis terminum, duplici omninò

diſtinctione ſignandum. Vna eri
Morbi & Cauſæ; altera temporum
utriuſque. Morbus ſummus totam
cerebri ſubſtantiam irrigans fruſtr
emeticis expugnatur, novitij verò &
lenioris ſive in capite ſive collo affe
tionis conſtitutio purgatione ſupera
velut divina virgula, exanimatur.
Cauſarum in ventre præſentia dupli
ci tempore definitur, vel morbi prin
cipio, vel declinatione. Vtroque mo
mento emetica frequentiora ſuade
rem ego. Ibi ad exturbandum cauſa
rum cumulum, hic reliquias, forte a
affecto loco delegatas, extergenda
Sed contra murmurantem audio
concocta in declinante Angina, gr
vitate ſua ad alvum vergere, non ſto
machum. Cui dictum velim, gravior
etiam vicinis locis expurgari, ut i
capitis ulceribus pulmonumque pu
docemur, & ventriculum collo pro
ximè ſubiectum tonſillisque arte i
ritandum, ſi ſponte nolit. Deniqu

quod primo vomitui obvertitur ex *Hippocrate*, in Victu Acutorum Veratri uſum graviter damnãte, ſi inter initia verſetur inflammatio, noſtræ Anginæ iugulum non petit, quia malignitatis certam excipit ſuſpicionem, cuius nulla, ſi differatur, ſperanda maturitas. Atque hæc pari cum calamo paſſu evomui potius quam ſcripſi, & reieci in chartam, antequam concepiſſem, in iuſtam vomitus ab excellenti planè Viro propoſiti laudem, cuius exactam omnia ſapiunt digeſtionem ſine vomitu aut nauſea, ut merentur, amplectenda.

EXERCITATIO V.

Varia pro Phlebotome pugna. Non invidendam eſſe infantibus. Cur tamen in ea tardiores Septentrionales. Minus in Siculis Anginoſis ſuccede-

re. Ratio Revulſionis ex utraque ſe-ćta. Eodem vaſe fieri poſſe Revulſionem & Derivationem. Quid ad longiſſima revellere Hippoc. & Galeno, quid ad contraria. Iugularis ſectionis ritus & exercendæ modus. In Celſo dubium. Arteriotomia admittitur, pro qua experientiæ pugnat & Anatomiæ ratio. Laudata hæmorrhagia, eiuſque varij provocandi modi. Vnguis apud Hippoc. Innumeræ Hirudinum noxæ. Βδέλλιον *quid, & indorum* Hoitzlacuatzin. *Contra Ægyptios de labiorum ſcarificatione. In cucurbitulis Aretæus excutitur.*

PHLEBOTOMIÆ in inflammationibus neceſſitatē hactenus negare auſus eſt nullus, quanquam de febribus dubitarint iuniores quidam, qui in earum cauſa à communi ſententia diſſident. Nullum præſentius Anginę remedium tota novit antiquitas, quod

itaneo auxilio confertimque, ſive
is partibus inſidentem, ſive adve-
ntē cruorem exhaurit. Quæ quum
Pædanchone acuta vehementius
ncurrant, de remedij genere ſe-
ros nos reddit ratio experientiâ
ta. Sed aliquid eſt quod ſcrupulo-
movet. Huc enim accedit ignota
is inflammationibus peſtilentia,
æ inanitis vaſis ad interiora cor-
periculo recurrit. Pro ſe & pe-
fera febre reſpondeant illi, qui hoc
tum operoſè volvunt. Ego Angi-
Epidemicæ minus timeo pericu-
quod veneni noxæ intra colli ambi-
m contineantur, huicque parti adeò
t propriæ, ut extra eam veneni no-
n deponant. Unde retrahatur licet
interiora infectus gulæ ſanguis,
ni metu cætera percurret. Preſſius
oque ex loco ſecando, de quo infe-
s, difficultas propoſita ſoluitur.
ohibent tamen tenuiores in acutis
ligniſque vires, quæ phlebotomiā

invertunt ex *Galeni* inſtituto. Sed vi-
rium jacturam maturum ex ſanguine
antevertat auxilium, primo ſtatim
morbi inſultu præmiſſis præparanti-
bus tentandum, ne mora longior ſalu-
taris remedii opportunitatem inter-
turbet. Phlebotomiam ſanè tum de-
mum in pueris damnat *Pergamenus*,
etiam maximè in Angina, Pleuritide
aliisque neceſſariam, ſi ad animi deli-
quium fiat, adeoque non ex ætate ſan-
guinis miſſionem prohibet, ſed quan-
titatem determinat, ut optimè *Galeni*
mentem cõtra *Silvaticum* explicavit
P. Caſtellus. Vel dicẽdum, imbecillio-
rem *Galeni* ævo puerorum naturam
his ſęculis ſumpſiſſe augmentum, ex
mutata victus ratione, quæ etiam in
cunis vinum concedit, olim ætati huic
denegatum. Nuſquam gentium reli-
gioſe adeò hæc ætas habetur, vt quon-
dam, in id conſentientibus quotquot
in Italia, Gallia, & Hiſpania *Æſcu-*
lapio nomen dederunt. Parciores in

ſunt Arctoi incolæ, qui phleboto-
am in pubertatem ſerè differunt, ut
c Romanum *Galeni* cœlum crede-
migraſſe Tarditatis rationem ab
terno frigore humidiorique corpo-
m temperie petimus, candidis ha-
ibus mollibuſque, & teneræ ætatis,
o charactere ſui ſeculi Gallos adū-
avit *Galenus*. Quidquid horum ſit,
ceſſitatem in Angina Epidemica
rgiuntur omnes, vt fruſtra ſim qui
ſiori calamo eam perſuadeo. Ali-
d tamen locorum differentiæ con-
dendum, qui & temperies & cura-
nes plerumque immutant. Moniti
ſam laudati *Caſtelli* inter nos Meſ-
næ ortus ſermo præbuit. Is in An-
na peſtilenti nullo planè ſucceſſu
eriri venam certam fidem faciebat,
d omne præſidium in medicata ſim-
icium Violæ Roſæve ſyruporum
tione, efficaciorique purgatione,
ropria experientia collocandum. In
nuiorē Siciliæ aërem, aduſtumque

incolarum temperamentum, niſi me fallit conjectura, referenda diverſitas, quæ alterantibus tentanda, non ſanguine. De loco maior inter novos inviſi morbi curatores diſſenſio, aliis pedum extrema, iugulares aliis urgentibus. Sed ex duplici ſectionis fine dirimemus litem. Nam vel Revulſionis gratia inſtituitur, vel Derivationis. Illa remotiſſimas partes videtur expetere, hæc vicinas. At quandoquidē hic urget inflammatio, cum tumore & venenatę qualitatis ſuſpicione, huius pręcipuè curam habebimus, ut evacuatione derivationeque impacti humores evellantur, quibus peractis, inhibendus per revulſionem, & retrahenda ad longinquiores partes ſequuturus humorum fluxus. Derivatio enim opus Curationis aggreditur, Revulſio Pręſervationis. Illa cum operatione ipſa citam perficit ſanitatem, hęc ad longinqua trahens longiori morâ ſpem differt, & in ancipiti acutiſſimę

acutiſſimę affectionis momento pro-
trahit auxilium. Accedit, quod Deri-
vatio venenatum ſanguinis commer-
cium dicto citius exhaurit, foraſque
proiicit: Revulſio ad interiora eundē
revocans, ingratum hoſpitem nobi-
liſſimo hoſpitio obtrudit, adeóque
in eam nos difficultatem conijcit,
quam ſanguinis in peſtilentia abſte-
mij acrius obvertunt. Vtriuſq; quip-
pe ſectę ſuppoſitione, cor trāſit cruor
ille, qui in revulſi locum ſuccedit. Sa-
phæna ſecta à cruralibus venis trahit,
quæ truncum deſcendentem rurſus
ſollicitant, qui venæ cavæ fontem
exoritur, à quo ut & iugulari ſubcla-
viaque influentem ſanguinem cor
excipit. Quod ſi circularis in orbem
motus placet; apertę pedis venulæ à
ſociis arteriolis implentur, quæ mox
à cruralibus & deſcendente arteriæ
trunco, hicque ab aorta continuo va-
ſe repetunt, & tandem per cor ex aſ-
cendente ſurculo revellendus humor

tranſit. Vtroque autem tractu, quanto locorum ambitu, quoque affectæ partis & admittentis cordis detrimẽto auxilium differat revulſio in pede: ſine me vaſorum ſeries loquitur. Vnde prudenter inprimis, ut omnia, & ad rem *Seuerinus* in Pædanchone peſtilenti iugularis venæ ſectionem ſummo ſucceſſus emolumento, induxit. Derivat enim ſimul & Revellit. Quod ne mirum alicui videatur, eodem vaſe & revelli poſſe ſanguinem & derivari, *Galeni* pro me authoritatem produco, qui in Methodo de jecoris inflammatione, revellendum pariter & educendum ſeu derivandum, qui ad iecur fluit, ſanguinem præcipit, internâ in dextro cubito inſectâ venâ. Revulſio quippe etiam fit ex proximis, ut in *Aphoriſmis* & *Epidemiis* notavit *Hippocrates*; velut oculis fluentibus revellere in fauces. In cuius particulæ explicatione contra *Galenum* *Valleſius* inſurrexit

Vtrumque alibi in Acutis *Galenus* clarius expreſſit, ubi ſuperiorum condolentia ſignum fecit, venam in cubito ſecandam eam, quæ ſanguinem ab affecta parte & magis & velocius tum revellere, tum vacuare poſſit. Id quod in Vteri inflammationibus, ſuppreſſioneque menſium inflammatis mammis apertius elicitur. Sed obſtant ſignatæ *Hippocratis*, *Galeni* aliorumque voces, quibus Revulſionem fieri iubent ad longiſſima, imò contraria. Cui dubio facilè erit occurrere. Principio enim ſe explicat ipſe *Galenus* in Methodi libris, phlegmonis eſſe conſiderandam magnitudinem, adeoque doloris exceſſum, ut diſtantia ea eligatur, quæ utroque ſedando eſt ſufficiẽs, quę ſanè ex proxima affectę partis vena petitur. *Matthæus Curtius* ad longiſſima revelli putat, ſi ad coloris mutationẽ educatur: Hinc ego ad longiſſima interpetror, quod extra

corporis ambitum elicitur quacunque vena, materiamque extra eductam, non venam reſpiciendam. Quæ autem per frictiones, balneaque revellũtur, de qua Revulſione loquuntur laudati Viri, fœlicius ad remota fiunt, quia euacuatio hæc inſenſilis. Alibi tamen de Natura Humana *Hippocrates*, culteilum quam longiſſimè à loco, ubi dolor eſt, adigebat. Verum pro nobis hic eſt in Commento *Galenus*, qui locum eum de ſanis pręſervãdis, qui nondum phlegmonem contraxerunt, accipiebat. Optimè hoc dubium ſolvit *Celſus*, qui audiri meretur: Neque ignoro quoſdam dicere, quam longiſſimè ſanguinem inde, ubi lædit, eſſe mittendum. Sic enim averti materiæ curſum, at illo modo in idipſum, quod gravat, evocari. Sed ipſum falſum eſt. Proximum enim locum primo exhaurit, ulterioribus autem eatenus ſanguis ſequitur, quatenus emittitur,

bi is ſuppreſſus eſt, quia non trahi-
r, ne venit quidem Ex qua diſſer-
tione Corneliana etiam ille nodus
lvitur, quem pro Gordio habet
nnertus, quare ex vicina vena ex-
actus in inflammationibus ſanguis
eutiquam maiori impetu in partem
fectam irruat. Quę deinde de motu
ontrario in Revulſionibus requiſito
ddebantur, facilem habent ſolutio-
em, in quibus tot diſtinctionibus la-
oravit *Baronius* in Pleuripneumo-
ia. Scilicet contrarietatem hic non
aſorum requirimus, ſed motus, ut
dvertit *M. Curtius*, quo ad contra-
ium fluxum retrahitur ſanguis. Vt
nim immota ſtet veritate, iugulares
enas quanquam ex parte evacuent
eriventque, defungi quoque Revul-
ionis munere, ſiquidem tantum in
ac pręſidij ponunt. Non putarim iu-
gularium hanc ſectionem iugulum
uiuſquam lethali vulnere petiturã,
uanquam id timidiores ſeculi noſtri

Chirurgi timeant, adeo ut *Petrus* *Paulus Placentinus*, notæ famæ Chirurgus, aſſerere non erubeſcat, nunquam ſe has ſecaſſe venas, nec alios ſecantes vidiſſe. Quo *Heurnius* quoque conſpirat, alijque ad unum omnes. Nam aliud *Seuerinus*, cordatus omnino & arti ſuæ confiſus, dexteritate manus in Noſocomio Incurabilium Neapoli quotidie monſtrat, qui intrepidè iugularium apertione utitur in doloribus capitis antiquis & contumacibus, in raucedine antiqua gravique, in Reſpirationis difficultate, Aſthmate, dolore Pleuritico, lienis, impetigine, formicis, Eſtiomeno, lepra, & Angina ſuffocativa. Teſtari poſſum, me cum *Ioanne van Horn*, Doctiſſimo Viro, & ſtudiorum itinerumque comite, hanc eius dexteritatem vidiſſe. Preſbyter enim Gallipolitanus tota facie varicoſus aruſpex, quum antea, eiuſdem opera ex hac ſectione ſenſiſſet levamen, re

titis precibus eandem aleam vo-
t ſubire. Conſenſit facile *Seueri-*
s, etiam noſtri cauſa, ut rariſſimæ
perationis nobis daret ſpecimen.
ræmiſſoq; vomitorio ipſi familiari,
ſudorifero, ad ſectionem indictâ
e digreſſus, medium corpus faſcia
gavit, quo conſpectior iugularis
ſſet vena. Deinde proclivem in le-
to extrâ ſpondam exſerto capite col-
ocavit, more ſibi conſueto. Sed ob
uſculorum tendinumque inflatio-
em, nullę quum comparuiſſent con-
picuæ venæ, conſilio mutato, hor-
antibuſque nobis, gulæ vinculum
niecit, & in ſella erectum diſpoſuit,
nonuitque ut quantum poſſet flatum
eciproci thoracis motus contineret,
tque collum in aliud latus detorque-
et. Mox acutā lancettam in iugula-
em ſiniſtram ſic ſatis tumidam dex-
rè citra ligaturam adegit, & largo
oramine ſanguinis putridi uncias ſex
letraxit. Quibus perpetratis, aperta

ligatura ſanguis ſponte ſua ſupprimitur, ut fallantur ſtrenuè, qui ob ſiſtendi ſanguinis difficultatem, ſectionis huius uſum improbant. Quod ſi ex ſe non ceſſet, levi gulæ flexu mutatoque muſculorum ſitu, aliàs fluxum ſolet remorari. Tandem iniecta oui albumine imbuta ſtupa, & nummo æreo, aliam ligaturam, ut defungeretur omnibus, iniecit, ſed quo liberè ſpiritus poſſet remeare, laxiorē. Quod ideò facili lectorum venia diligētiori cura pertexui, quia rara ævo noſtro, ſi Ægyptios excipias, hæc operatio, rariorq; operationis ratio, poſtquā illarū venarū iam ab *Aetij, Pauli, Tralliani, Actuarij*, aliorumque veterum ætate, deſijt uſus. Nec volui commodis iuniorum hoc qualicunque artis additamenro deeſſe, ſine invidia natus, cuius cauſas genij facilitate, ſemper procul habui. Anginæ quidem præſens olim fuit, ut dixi, vtilitas ex iugularibus. Quare maiori dubio pro-

l ſucceſſu in peſtilentia ſimplici in-
perici in Pędanchone ſociata, eva-
ationis ergò, circa hanc ſectionem
rſabimur, quia improba hæc inno-
ntium lues magis amat extrahi,
iam retrahi. Repetunt tamen ſupra
ctam à me difficultatem, advoca-
potius ſanguinem ad affectum col-
m, quam evacuari. Quid viſum ſit
rlſo in præſenti dubio nuper à me
ctum. Poſtquam enim ſuppreſſus
t ſanguis in phlebotomia, quia non
ahitur, ne venit quidem. An trahi
oſſit, illi relinquo defendendum.
go quamvis negare non intendam,
vocato ex iugulari, vicino tonſilla-
m vaſe, ſanguine vitioſo, immedia-
 fluxu alium ſive ex cava aſcenden-
, ſive arterijs Carotidibus, ſuccede-
 ſanguinem; tamen minus hinc ma-
 metuo, quam ut jugularium ſectio-
em reddere queat ſuſpectam, Putri-
us enim in tonſillis infarctus ſan-
uis, ſuffocationis periculum inten-

tans, & veneno diro prăditus, maxima vtilitatis ſpecie, confertimque per ſectam venam iugularem, ut viciniorem, extrahitur, ſive is in venuli partis, ſive in ſpongioſo tonſillarũ corpore contineatur. Huicque quanquam ab inferiori cavæ trunco, ſeu vicinis arteriarum iugularium ramis recens nullaque peſtilentiæ labe infectus ſanguis utrimque ſuccedat; neque ſubitaneum ſtrangulationis inferet metum, neque veneni noxas. Crudus enim à foco ſuo cruor, & innocens in collo demum inquinatur, ſi vel diutius ibi permaneat, vel intemperies tonſillarum non fuerit temperata. Hinc quum omne in exhauriendi ſanguinis celeritate momentum ponamus, iugularium patorem impenſè nulla interpoſita mora probare ſuſtinemus. Quid autem novo fiet afluxui? Non hæc ad præſentis curationem, ſed futuri mali ſervationem cura ſpectat, quæ Revellentibus dat

occaſione, ad diſſita loca revocetur. Cumque ex uſu erit Arteriotomia, princeps Revulſionis inſtrumentũ, neque ad ſaphęnam recurramus longiſſimè remotam, arterias colli vicinas capitiſque, quacunque parte prominent, eligendas ſuaderem, duplici permotus argumento. Principio, quod affectibus capitis, quibus Anginam peſtilentem ſuperius adſcripſimus, ſingulari partis proprietate ſuccurrat. Oculis calido ſanguine ac vaporum pleno turgentibus, arteriã *Galenus* & *Paulus* aperuerunt. *Proſper Alpinus* ab Ægyptiis Medicis audivit, iugulares arterias in ſuffocantibus affectibus ab iis ſecari, quanquam id ipſe non viderit. Vero tamẽ eſt ſimilis narratio, quia in exurendis temporalibus adeò ſe promptos mõſtrant. Idem in Phrenitide nupera *Panaroli* Romani Medici perſuadet obſeruatio. Eadem quoque arteriarũ ſectio Cl. *Seuerino* noſtro in Mania-

cis non infeliciter ceſſit, quod *Marius Schipanus* graviſſimus Parthenopes *Hippocrates* & redivivus *Celſus*, tum præſens, teſtari poteſt. Denique remedij genus in morbo Comitiali tentaſſet, niſi ſcrupuloſa incurabilis Noſodochii Prȩſidum impediviſſet pietas. Hiſce autem affectibus quum Angina hȩc alat cognationem, lubens in ſimilem phlebotomen conſentirem. Altera ex euidenti demonſtratione Anatomica ratio ſuccurrit. Diſſecta quippe manifeſta capitis arteria aliqua promptiſſimè fluentem alioquin ad partem laborātem intercipit ſanguinē, promptiuſque evacuat. Per hæc enim vaſa eius ſuggeritur copia, exinde per interſperſas venas reditura. Quod præſervationis opus, peracta venarum iugularium evacuatione, commodius reſervabis. Nec nimium ſanguinis calidioris curſum expaveſcas, qui nullo negocio ſiſtitur, ſive ligatur,

ſperſis aſtringentibus, quam Ægy-
ij ſolent adhibere, ſive reſectione,
opus exigat & neceſſitas, arteriæ
er tranſverſum. Sectionis autem
odum agglutinationiſque fidelitati
pertorum Chirurgorum relinqui-
us, qui id ex *Galeno*, *Alpino*, alijſ-
ue authoribus noſtris didicerint.
mplius de linguæ nariumque venu-
s dubitatur. De linguæ venis inci-
endis res in Angina omni notiſſima.
on minora mihi ex narium hęmor-
agia, ſive voluntaria ſive provoca-
, ſponderẽ, quam in vitium imbecil-
ate maioribus venis *Abenſina* ſub-
ituit, apud Ægyptios etiamnum in
nnibus puerorum adultiorumque
oloribus, & capitis inflammationi-
us, quãcunque partem occupãtibus,
equentatam. Hanc igitur eo fiden-
us admitterem, quo puerili ætate
mmuuior. Nam ſponte ſua per na-
s plerumque ſe exonerare naturam
ubi inculcat *Hippocrates*, rationem

que ex ſanguinis copia, his cunis familiari, *Galenus* repetit. Probavit eandem propria experientia *Amatus* in febricitante puella annorum decem, quæ hæmorrhagia largiori à morbo liberata fuit, nihil Anatomica ratione repugnante, quam ſcimus eundē venarum tractum à iugularibus ſolito Carotidum Arteriarum commercio deducere. Vim opinionis meæ crebriores per nares in Pædanchone viſæ criſes confirmant, quas, eo vergente humore, prudens naturæ imitator promoveat. Quo fine Ægyptiorum ſapientes, *Alpino* teſte, diebus Criticis quum per ſtillas aliquot parciorem hæmorrhagiam præſagiunt, ad profluvium nares irritant. Irritandi autem viam diverſi variam calcarunt. Ægyptij ſcarificatu rem feliciter abſolvunt: Europæi plerique applicant hirudines. Setis ſuillis foliove ficus ſanguinē provocarunt *Trallianus* & *Rondeletius*. *Aretæus* aridis lac

folijs. *Non nemo* ſolium hirti gra-
inis minuti in hunc uſum advoca-
r. *Alij* alias iniverunt rationes,quas
ngum foret recenſere. Vnguibus
us videtur *Hippocrates* in Epide-
ijs. Sed de argenteo ungue alij in-
rpretantur. Placet non uno nomine
iliaca ſcarificatio. Nec diſpliceret
rrum,quo aliarum venarum in mo-
, narium reſerantur vaſcula. Enim-
erò mirari ſubit, cur tantus Hirudi-
um apud mortales amor creverit,ut
iam cuicunque ętati morboque fre-
uētius Neapoli & Panormi affigan-
r. Ex quibus tantæ fiſtularum exul-
rationes quotidie in Xenodochijs
oſtant. Quæ incommoda ex mali-
na beſtiolarum natura augentur,
iam ſeriò in Pædanchonica lue vi-
rem. Venenatę enim ſunt,& pertur-
ationem aliaque accidentia induce-
, *Dioſcorides* profitetur. Reſpondēt
uidem ſanguiſorbarum tutores,
ius à veneno eſſe liberandas,& poſt

ſeparationem earum cucurbitulam eſſe apponendam, ne aliquod virus remaneat. Sed quum ſola ablutione per aquam expiant, difficultatem produnt, quanquam eam *Oribaſius* præſcripſerit. Nam quum perpetuò ferè in aquis degant, quid balneum hoc ad eluendum virus valebit? Et quamvis ſordes adhæreant extergendæ, quid hæ ad interiorem malignitatem, quam aqua non corrigi exterius applicita? Elementaris enim eſt qualitatis, hirudines verò ſuperiori cauſæ labem referunt acceptam, pari antidoto infringẽdam. Vnde ulcera, quæ infligunt, periculoſiora ſunt ijs quæ ferrro fiunt. Oſculo lambdiformi labellisve acutis ulcuſculum formæ eiuſdem, non ſatis in curando tutum, imprimunt. Teſtatur ex his vulneribus complures fato conceſſiſſe *Chebibi* Medicus Hebręus, facta inflammatione, dolore abſceſſuque. Memini narraſſe mih

Caſtellum

aſtellum podagricos dolores cum
edemate excitaſſe & auxiſſe, dum
artibus artuum affectis apponeren-
r. Nec de veritate dubito, quia in
hirurgi non ſunt amplius arbitrio,
cut ferrum, cui manibus legem mo-
umque ponit artifex, adeò ut Hy-
ropem accerſerint & lethale proflu-
um apud *Galenum*, quia difficile
hibentur, nonnunquamque, quod
fert *Zacutus*, ad inteſtina hæmor-
oidibus appliciti intrarint, & ad
rium penetralia, dum extremis
arum venis affigerentur, aſcendiſſe
taverit *Dilectus Luſitanus*. Meo
ofecto iudicio funeſto hoc reme-
carere poſſumus, quod ignoravit
ppocrates, vel ſanè ignorare voluit,
ex altiſſimo eius ſilentio conjece-
n. Βδέλλιον in Prorheticis per hirudi-
nem verterat quidem *Galenus* in
cis Affectis: ſed eo nomine ab *A.*
tronio vapulat, qui cum *Dioſcoride*
Cagnato in Varijs, venam varico-

ſam maluit ſubſtituere. Silentio nunc
involvo, ad deturbandas ex foro Me
dico hirudines, abominationis ima
ginem hic expreſſam. Remedij loco
id nobis ſumimus, quod pœnam
olim Numen voluit, quum morta
lium cruorem iuſto iudicio lingenti
bus beſtijs expoſiturum minaretu
Quanto melius Barbara Indorum
gens Hirudinibus aculeos canis Ho
tztlacuatzim ſubſtituunt, qui part
bus admoti non decidunt prius, quan
ſanguine cavitatem impleverint,
ex Mexicana Anonymi hiſtoria apu
Illuſtriſſimum genere & Virtute
quitem *Caſſianum à Puteo* Romæ i
tellexi. Sed tamen Ægyptijs acced
re non poſſum, qui in gulæ laryngi
que affectibus labiorum & gingiv
rum ſcarificatione delectantur. Pa
cior enim hinc elicitur ſanguis,
confertim in Angina amat proſili
Quid, quod ob ſubtilitatem partiu
ex nervorum commixtione non

:at periculo? Verum quidem eſt in
olore dentium paſtinacæ radio gin-
ivas ſcarificaſſe *Plinium*, ſed quem
on imitarer ego, quum alibi radij
uius noxas venenatas pleno ore de-
antet. Imò ipſe pulverem approbat
um helleboro albo dētibus illitum,
d extrahendos eoſdem, quem reſina
otius exceptum denti circumdat
elſus. De Cucurbitulis nihil addo,
e iuſto ſim longior. Eas tamen dila-
andæ gulæ per Anginæ ſtrangulatus
ontractæ deſtinarunt aliqui, quos
on plenè laudat *Aretæus*, quoniam
on tam dilatationē fiſtulæ, quam de-
lutitionem expoſtulat Cappadox.
Cui ego; utrumque pari conatu præ-
are, inſigni Revulſionis beneficio,
on ſemel ſumus experti.

EXERCITATIO VI.

De Fili purpurei in affectibus gulæ uſ[...] veterũ ſententiæ examinantur. Al[...] ſeculum ibi defecerit. Ratio ex pur[...] pura quæritur, de cuius utilitat[...] varia. Dotes Alhermes, de qua Mo[...] nardus & Coſtæus inter ſe commit[...] tuntur. Purpura puerorum & lect[...] genialis. Quid ad febres. Color ſpi[...] rituum. Marcelli traditio in Hæ[...] morrhoidibus & Cephalæa expendi[...] tur. Viperæ ſtrangulatæ quid confe[...] rant. Illas ſiccitate magis quam ve[...] neno pollere: ubique enim & Melit[...] innoxias. Quid in dentibus mali con[...] dant. Punctura damna. Paſtinac[...] radius magis infeſtus quan Scorpe[...] nes. Quæ Viperarum partes ſuſpe[...] ctæ. Strangulationis idea an alicuiu[...] efficaciæ. Tranſplantationis morbor[...] quædam exempla, aliaque plura.

DIV coniectura hæſi ancipiti, quum antiquioris ſeculi veloci
culo pervolverem Medicos, cur in
ris collique affectibus filum, quod
peræ collo circundatum ipſam ſtrã-
ulavit, impenſius commendetur.
Meminit eius medicinæ *Plinius* in
Hiſtoria Naturali pro curandis ſtru-
is: Aliqui circumligant eas lino, quo
æligata infra caput vipera pepen-
erit, donec exanimetur. A quo, ut
ætera pleraque, hauſit *Plinius* alter,
Valerianus vulgo nuncupatus. *Gale-*
us de ſimpl: medicamentis eandem
abet traditionem, ſed auctiorem,
no enim ex purpura marina tin-
o iugulandas viperas arbitratur, poſ.
aque collum obvinciendum in pari-
mmijs & omnibus ijs quę in collo
pullulant. Hunc imitatus *Paulus*
Ægineta de Vua, Gingivis benefacit
num ex purpura marina, quod vipe-
collo circumdatum ipſam ſtrangu-

laverit, deinde circumadigitur to
ſillis, & colli vitiis mirabili quoda
modo opitulatur, ut *Galenus* auct
eſt. Ego ſanè animum hinc inde di
natione vana volutavi, nec adhuc q
eſco, gratis credere erubeſcens, n
tamen dubitare fas eſt, uſu rerum
tantos Viros comprobaſſe, quod
poſteritatis memoriam tranſmiſeri
quanquam pro certo habeam, plu
ſubinde ſcripſiſſe credulos quam o
ſeruaſſe, aliorumque oculis confiſ
non rarò referentibus debuiſſe lu
brium. Vel dicendum, cum ſeculo
lapſu deficere experimenta, & pro
verſo locorum tractu variare. Qu
ne falſò ſuſpicarer, veterũ auctori
te fretus accuratius excuſſi omnia,
ratione probarem, quod denega
experientia. Occurrebat primo c
cea filorum tinctura, mox Viperar
venenum, impreſſa denique ſtran
lationis idea, quę quidem prò Ang
remedio ſingula interpretabar, n

nudæ illius ſimpliciſque Practicorum adeò decãtatæ voluminibus, ſed cõtagioſę Pædãchones, quæ puerorum adultiorũq; fauces prehẽdit, enecatque. Color purpureus ad evocandum in inflammationibus cognati generis ſanguinem interiori colli regione impactum non parum confert. Similitudine enim colorum ducuntur humores. Eiuſdem tincturę ſtragulam ventriculi craſin interturbare, ſi calidior ſit, obſervatum nonnullis, ſi debilior veró calor, excitare, quia ex vicinis partibus huc advocat, qui deerat frigidiori. *Marcellus Empiricus* magdalia iubet induci phrenicio, atque imponi ſtomacho, quod magnum Patavinorum Æſculapium *I. Dom. Salam* factitaſſe obſervavimus. Quo metu perculſus *Guilielmus Aragonius*, ne evocarentur ſibi Spiritus, purpuratis veſtibꝰ planè abſtinuit, ut ex amicorũ eius ore mihi *Io. Caſp. Bauhinus*, magno patre maior filius, Baſileæ narra-

vit. In extrèmo partium marcore cu[illegible] tem rubro panno fricari Medicorum filij ſuadent, non pœnitendo eventu ut advocatus coloris huius ſplendor[illegible] ad extima ſanguis ſolitū nutritioni[illegible] munus repetat. Quo conſilio ad va[illegible] riolas provocandas ſimili panno pue[illegible] ros involuunt ferè omnes, Et cordi robori eundem conſignant. Epithe[illegible] mata enim in purpuratis febribu[illegible] aliiſque crocea laudamus, & gran[illegible] Kermes Confectioni celebri feliciter in hunc uſum miſcent Monſpeliēſes. Quanquam eam in palpitatione cordis eo titulo *Io. Monardus* improbet, quod ob ſimilem coloris ſpeciem ſpiritus Vitales nimium diſſipentur. Quæ forſan eſt cauſa, quare oculos purpura lædit, & in furorem beſtias iracundiores agit. Auxilij nihilominus ſpem auget *Io. Coſtæus*, dum cordi ea mente applicat coccinea, ob refrigerium, ſi quidem ad ſe affinem ſpiritum trahant. Pulve-

rem ſanè granorum Kermes, prçeun-
e *Matthiolo*, in ovo abſorbendum
mulierebus exhibent Pariſienſes Me-
dici, ut abortum prævertant, & vul-
gus muliebre eodem inſtituto rubro-
rum pannorum cinnos minutim con-
ciſos propinant, ut me *Renatus Mo-
reau*, ſcholç Pariſienſis decus, monuit.
Idque roboris ſine dubio gratia. Cæ-
terum fraude quadam, quaſi ad cu-
tim elici ſanguinem, ut genas tingat,
norunt ſtudioſæ pulchritudinis fæ-
minç, quæ in dies ſingulos faciem coc-
cineo panno fricant. Vnde verecun-
diæ, in qua decoro rubore perfundun-
tur mala, ſymbolum fuit purpura.
Quo reſpexit *Perſius*,

Cum primum pauido cuſtos mihi purpura ceſſit.

Qua togç quoq; ad annos puberta-
tis prætexebantur. Hincque adeò eſt,
quo genialis lectus magis incaleſce-
ret, quod oſtro Principum ſterneren-
tur thori, ut de *Honorio* teſtatur *Clau-
dianus*:

——Tyrio quo fuſus Honorius oſtro
Carpebat teneros Mariâ cum coniuge ſomnos.

In quam rem elegans eſt *Theocriti* ad *Venerem* monitum, qui in *Adonidis* pueri Epitaphio vetat purpureis am- plius requieſcere veſtimentis, ne lu- ctus obliviſceretur neceſſarij: nam cũ plorent amores,

Μήκετι πορφυρέοις ἐνὶ φάρεσι κύπρει καθεύδε
ἔγρεο δειλαία κυανοςόλε.——

Non amplius purpureis in veſtimentis Venus dormi.
Excitare miſera veſte cyaneo.

Hic enim lugentium habitus, Pur- pureus contra lætior, quia pro gaudio ſpiritus ad extra diffundit. Commo- dum hic occurit *Martialis* feſtiviſſi- mus, qui diuturnam febris moram quæ Lentinum invaſerat, valido eiu lecto aſcribit, quem amomo, plumis & purpura ſtraverat, calorem ſcilicet excitantibus & augentibus. Tandem enim ille:

Circumfuſa roſis, & nigra recumbit amomo:
Dormit & in pluma, purpureoque thoro.

Quod ſi vera prædicat *Fernelius*, ſpirituum color ad ruborē deflectit, quod ex Arthritide ſuſpicabatur, imò ſi quidem igneæ naturæ ſunt participes, & lucis quandam admittunt mixturam, vel planè ex *Abenſina* lucidi, quibus illuſtratur obſcurior ſanguis; quis huic purpuræ experientiæ magnopere repugnaverit? Mirum autem eſt *Marcelli* experimentum, quo ad hæmorrhoides mori arboris oculos probavit, ſi prius in coccū galaticū mittantur, & in phœnicio lino conchyliatę purpuræ cōligētur, dicāturq; hæc verba concepto ordine: T*ollo te hinc tota hæmorrhoida, abſis paphar.* Niſi ſuperſtitionem ſaperent manifeſtam, diligentius in linum inquirerem. Ea tamen ſuperioribus lineis neglecta, ad ani vitia plantaginis radicem commendavit, pellicula vel panno phœnicio obvolutam & lumbis circumdatam. Quorum rationem venabuntur alii, quibus operę fuerit pre-

cium. Preſſius ego ad filum noſtrum digreſſus, eadem facilitate Anginæ mederi dixerim, qua capitis dolori. Auctor enim eſt *Marcellus* idem, herbam quandam in capite ſtatuæ cuiuſlibet naſci ſolitam, hemicraniæ efficaciter mederi, ſi in panno rufo lino rufo ligata capiti vel temporibus alligetur. Quod linum rufum per aciam rufam proximè ſequenti capitulo exponit, de qua omnino videndus *Rhodius* noſtras, magnum patriæ ornamentum. Quidquid autem horum ſit, extra dubitationis eſt aleam, purpuram ſpiritus vel advocare, & ſanguinem, vel reſtaurare. Iamque pro Angina peſtifera, res confecta videtur, quæ non ſolum externo filorum colore, ſanguine ex muſculis interioribus, tonſillisque evocato, imminuitur, quandoquidem inflammationis veniat nomine; ſed etiam malignam humorum conditionem exuit per purpuram, tanquam antidotum, fęliciter

domata. Quo operas quoque confert
mpreſſa à Viperæ veneno virtus.
Quippe calens adhuc recenti ſangui-
e Viperarum collum, & veneno ſuo
mprægnatum, non difficili communi-
atione filorum contextum ſimili im-
uit maleficio, apto deinceps, ut af-
nem ſibi ex collo humano attrahat
alitiam. Scorpionum enim oleum
orpuſque ictus proprios perſanat, &
aro viperina Theriacam ingrediens
ræſentiſſimum peſtiferę luis eſt re-
medium. Adeò cognatam quiſque
mplectitur propaginē, luxque elicit
ucem, & ignem ignis. An autem An-
inæ noſtræ venenum cum viperino
liquod excerceat commercium, ut
romptius ad copulam conſpirent,
on auſim dicere. Queror mentis no-
træ obſcuritatem, quæ ne pedibus
uidem obvia ſatis aſſequitur. Negari
on poſſet viperinum virus, ſicut plu-
ima habet antidota, ita cum pluribus
ommunem præferre naturam, quod

latius in obſervationibus meis Novi
De Vnicornu pridem deduxi. Cæte
rum ſi quis hanc viperæ in Angina ef
ficaciam non virulentiæ aſcribere ve
lit, ſed ſiccitati, qua inter alias carne
eminet, me habebit conſentientem
Crediderim ea ſiccitatis ratione ſtru
mis in pulverem exibitam eius car
nem mederi apud *Plinium*, & quia pu
tredini reſiſtit, pro alexipharmac
venditari, pleno totius orbis conſen
ſu. Ingenuè enim fatebor, minus i
vipera recondi veneni, quam vulg
perſuaſum. Nam demorſæ ab illa ga
linæ, indemnes á nobis comeduntu
& quartanã feliciter curãt. Ipſe Ne
poli virus, quod in chartam irritat
viperæ illis locis inquilinę bilioſo co
lori ſimile eiaculaverant, innoxiè ma
nibus trivi, & ab aliis devorari *Fl*
rentinus ibidem Pharmacopola nob
retulit. Mulieres quoque non pauca
viperis inſidias ſtruentes, videre co
tigit, qui ſerpentem hunc manibus

pere contrectaverint & amicè. Quid, quod carne illarum tot Heroibus in cibum veniant, nobiſque in Theriacę compoſitione? Dices fortaſſe: cum capite irritato caudaque amputari & venenum. Sed capita reſecta canes devorant nulla mortis mulcta, & ſi humorem ſuſpectum ex capite demortuo depromas, innoxium ſenties. Neque dubites, Melitę nullum viperinę noxę eſſe timorem, facio fidem. Innocentes enim deprehendimus; Idque *Divi Pauli* in gratiam fieri incolę credunt, de quo nos in *Gloſſopetrarum Hiſtoria*. Nulla veneni ſuſpicione mortales ictus oppoſueris plurimorum excidio nobiles. Totum id puncturæ debent ſubtiliori partibus nervoſis infixę, cui tenuis ille & bilioſus liquor ſociatur, per inſuetum corpus, huiuſque acrimoniæ impatiens, delatus. Auget doloris ſenſum, atque hinc emergentia accidentia, partibus læſis relicta ſpicula, dentiſque infeſti

acumen, quod quidem hunc ob ictum deeſſe in dentium viperinorum Anatome, cum Cl. *Seuerino* animaduertimus. Neque veneni incuſanda veniūt quæcumque levi punctura mortis accerſūt neceſſitatem. Apud *Galenum* acicula noxia fertur, & nutrix quædam Neapolitana in genu tacta acu plures abiit. Paria damna apis infert dulcedine ſua inſidioſa, & de Paſtinacæ marinæ radio nota in maris ſuperi & inferi littoribus peſtis, quem eo libentius huc accerſo, quod *Dioſcorides* huius ictum, viperæ aſſimilet. Hic caudæ inſidens, piſcis ad eſum expetiti, mortiferum aculeum gerit, ut celeriter non modo homines, ſed & animalia perdat, authoribus *Plinio*, *Oppiano*, *Æliano*, *Rondeletio*, & *Columna*, ut lege vetitum ſit Neapoli, ne piſcatores in forum niſi dempto radio Paſtinacam inferant. Quem aculeum etiam Raiis ineſſe audio. Vnde aperte patet, tantum Viperis non in-

eſſe

contagij, ut filum inficere poſſint, niſi alius illorum temporum fuerit ſtatus. Nam & ſcorpiones adeò antiquis horrendi, vix noſtro ævo pungendo fiunt infames, quin ab aliquo Romæ fuerint deglutiti. *Plinius* quoque in Italia ſuo ſeculo innoxios tradidit. Verum enimverò quanquam infeſtas quis Viperas evicerit, neutiquam de illa accipiendum parte, qua filo ſuſpendendæ includuntur. Immune collum & cuticula exterior. Mortem, ſi quam habent, interioribus recondunt. Alijs veſicula fellea eſt ſuſpecta, quę tamen canibus in alimentum cedit. Maior pars dentes incuſat, ijſque affixas veſiculas. Quarum ſanè partium nulla cum colli extrema ſuperficie eſt ſocietas. Niſi pro defendendo hoc veterum filamento, tacitum virus ex inteſtinis per rectũ aliquem ductum ad os putes deferri, quod nonnemo ſuſpicabatur, vel per ſpinam arbitreris trajici, quam me-

dulla ſua in anguillis meticuloſi exuunt, qui ſerpentum hoc genus pro eſca faſtidiunt. Vtriuſque conie-cturæ utilitas ad collum viperinum permeat, quod neceſſario controverſus humor pertranſit, ſive ex inteſtinis, ſive ſpinam dorſi originis ſuæ ſeriem traxerit. Lambendoque vicinas partes, ſimili labe exteriora commaculat, in filum coccineum tranſmittendâ. Hæc pro veterum excuſatione occurrebant, quibus exiſtimo parum dubiam ſententiam nos promoviſſe. Quandoquidem ea viperini veneni ſit conditio, ut cum vita & calore ſui animalis, venenum quoque eſſe deſinat; non ſatis perſpicere licet quo perpetuitatis privilegio ad gutturnoſi uſum in artificioſo filorum contextu diutius poſſit conſervari. Quod ſi denique ad ignotam virulentiæ paſſionem confugias, iuxta me cum tenebras palpabis.

Partium utriuſque corporis ſimili

do, ſi quidquam ad medendi ſoler-
m conferat, nihil erit cauſæ, quo
inus exitioſi aliorum funes, qui co-
iati hominis intercluſere ſpiritum,
dem in Anginoſis polleāt effectu.
otiori iure ob remedij affinitatem
n vitam illis, ſed ultimum indice-
nt ſuſpirium. Exemplo etenim ca-
, in ijs ſalutem quærere, quæ alijs
orte conſtiterant. Similia congene-
ſpeciei membra mutuum præſtare
i auxilium in pulmonibus, inteſti-
, cerebroque animalium diverſo-
n, docuit rerum uſus. At nudum
ternæ actionis inſtrumentum ad
ntrarium uſum deſtinare, id demũ
perſtitioni vicinius, quam rationi.
Forſan tamen tranſplantationis
orborum hic quædam ſunt veſti-
, & ſympathiæ ſingularis, quæ an-
ſtiam colli in rem transfert, quę
guſtos fecit, quemadmo dum ſali-
ramus in fumo ſuſpenſus ſcorbuti-
n gingivarum affectum in ſe fer-

tur attrahere. Non abſimili ratione
qua vermes terrenos totidem qu
ſunt ſtrumæ adalligabant quidam,
teſte *Plinio* Naturæ proma conc
pariter cum ſtrumis areſcerent.
ſanè gibboſi pueri deformitatem
arborē impreſſiſſe in Boruſſia CH
micum quendam clariſſimi nomi
ad me fama pertulit. Et quod maic
putatur veritatis, canis vegetus c
ægri ſanguine morbum quoque ir
revocat, ſi certis ſtamus auctorit
bus. Pari pacto quum inter ſe dive
conſpirent ratione mundanæ inco
potuit forte an & hic ſimilē lini p
purati conſenſum natura fing
Cuius inventi certitudinem deiu
cabunt ingenioſi rerum ſcrutato
Nam ego, invitiſſimus occultor
interpres, manum de tabula.

XERCITATIO VII.

De LARYNGOTOMIA.

Viro Maximo
. RENATO MOREAV
Doct. Med. Pariſienſi & Pro-
feſſori Regio.

Thomas Bartholinus S.

VERSABAR nuper cum *Severino* noſtro in diligentiori An-ginoſæ puerorum affectionis cogitatione, dubiâ ſubinde curâ, nec ſatis certâ mente. Commune tandem cõſilium fuit, infeſtum ætati huic faſcinum forti manu & intrepida aggrediendum. Fruſtra enim Caprimulgus ille *Lilith & Stryx*, cunis par-

vorum inimica cohors, vel luſtr[illegible]
bus ſalivis vel appenſis collo bull[illegible]
allio, re turpi, vel alyſſo terretur [illegible]
ſi, ut loquitur ille, infamis digitu[illegible]

—— frontemque atque uda labe[illegible]
Expiet.

Fideli digitorũ medicorũ indigen[illegible]
pera, quib⁹ & reſtis cõficitur & adi[illegible]
tur ferrũ. Sed cũ de hoc cogito hon[illegible]
animus, ſenſuque dolorũ infant[illegible]
tãgitur. Hinc operis difficultas ren[illegible]
ratur, illinc imminẽs periculũ, nec[illegible]
gulũ iugulari ſibi ex re putat. Lar[illegible]
gotomiã Chironis filij appellaru[illegible]
quam ad te Vir Eruditiſſime, [illegible]
gnum ſeculi lumen, devolvo, ut qu[illegible]
genij nubecula aſſequi non poſſu[illegible]
te magiſtro perſpiciam. Tu enim [illegible]
lutari ſidere orbi literato renatus[illegible]
gniſſimis cedro monumentis m[illegible]
ſtraſti alias, quid ſupra vulgus, d[illegible]
nior animus poſſit. Qui innocent[illegible]
mas Muſas ita ſuſtines, ut ſæveri[illegible]
bus medendi curis miſceas, omniu[illegible]

ue ſeculorum labores tui iuris feci-
i & arbitrij, fidus antiquitatis Ma-
haonicæ interpres. Pereant illi licet
emporum iniuriâ, te ſalvo reviviſ-
ent, apud quem eorum ſalus verti-
ır. Accedit invidendis animi tui do-
bus rarum non fictæ humanitatis
xemplum, quo falſam aliorum in-
uſtriam ſuperaſti. Quam felicem
uditionis comitem, à quo in amici-
m tuā admiſſus fui, admiratus ſum
mper, eaque fiducia adhuc fretus
men tuum hic advocavi, ut quo lo-
Laryngis ſectionem antiquis me-
di legibus introductam nos habe-
velis, more tuo h. e. ſolidè & can-
dè perſcribas. Ab ea quidem non
horruit noſtro ævo *Spigelius*, notę
mæ Anatomicus, ut ſuperſtes ad-
c muliercula amicorum hoſpitio
tavij cognita fidem facit: Nec
erſabatur Neapoli *Seuerinus*, manu
omptus & genio, ne T*ulpium* in
ſervationibus alioſque referam

cordatæ Chirurgiæ autores: Ego ta-
men iure vel iniuria in Angina noſtr
puerili an damnem cruentam man
manum, penes te deliberabitur. A
cutus enim morbus & motus celeri
ris, tardum hoc remedij genus v
expectat, dum cutis ſeparatur & cu
cula, muſculique ordine ſuo diſti
guantur, cannula intrudatur, apt
tur, alligetur, vires præſertim tener
oris colli, ubi confuſiores annuli
omnia ex ętate molliora, diſpereun
Augetur inſuper ex inflammatio
metu difficultas, ne ſpe auxilij ince
ſæ partes incrementum capiant. S
adultior fuerit, ięſę Laryngis diffi
lem nobis ſanitatem ſpondet. Veru
ex voto ſucceſſerit apertio Laryng
vel fruſtraneus eius erit uſus, vel n
xius. Fruſtraneus, quando quidem
annulorum eſt conditio, ut leviſſi
quocunque colli motu in ſe redea
& ſpreto exilis plagæ intervallo co
cidant. Idque magis in medio te

quartique circuli ſpacio, quo loci ſe-
tio imperatur, quia adeò hæ cohæ-
ent cartilagines, ut pro continuis ali-
qui venditarint. Noxam tam vulneri
nflicto, quam pulmonibus afferet.
Illi quidem ob liberum aëris tactum
& inſolitam cannulæ metallicæ vici-
niam; his verò ob repentinum crudi
aëris tranſitum, qui alioquin in ore
præparatus alienam ſolet qualitatem
deponere. Nulla denique ad extre-
mum remediũ ſuoque periculo gra-
vius cogit nos neceſſitas. Reſpiratio-
nis quippe gratia inſtituitur. At, ſi ve-
terum ſtamus opinione, ad ſui refri-
gerium cor per extrema arteriarum
venarumque in cute oſcula, aërem
ſimul recipit & expellit fuligines.
Quod aucta neceſſitate Cynanchicis,
crebris frictionibus foret promoven-
dum Præterea non-nunquam reſpi-
ratione ipſa, quæ voluntatis fertur
fieri nutu, carere poſſumus, ut ſuo
malo mulieres hyſtericæ experiun-

tur, inprimis pueri, quibus exordio vitæ laxior pulmo contigit. Huius nempe ratione ranas, mures fluviatiles & alia diu à reſpirationis munere vacare, *Ariſtoteles* de Reſpiratione prodidit. Id privilegij autem ſanguineis denegat propter caloris abundãtiam, quę ſanè infantibus copioſo humido temperatur, per patula corporis ſpiracula facilè, ſi opus, ventilando expurgandoque. Vocis ante omnia in gratiam, quum aër reciproco itu attrahatur, ea quidem curationis tempore per ſe non loquax poterit caruiſſe. Sed iam mali commercio vox deficiet & oratio, niſi per calamum tibi familiarem auram inſpiraveris, qua tot eruditis vitam reddidiſti. Non deerit ſuſcepti laboris gratia. Pro utroque ſponſor ſum, non Caſtori aut Polluci, ſed Tibi ob filios ſaluti reſtitutos vota ſoluturos. Nec minori me devincies beneficio, ſi aliquid de filo purpureo monueris, in quo adeò

nuper ſudavi. De eo quum *Marcellum Empiricum* cap. 31. conſuluiſſem, plus dubij reportavi quã ſolutionis. Quid enim coccum galaticum, aut quod auxilium ſedandis hæmorrhoïdibus afferat phœnicium linum, non ſatis perſpexi. Deinde quo modo antiquitati conſonat, dum filum illud rufum per aciam exponit cap. libri ſecundo. Nam plures in re metallica fibularum conſentiunt eruditi, qui à tuo libenter arbitrio dependebunt, vel authoritate tua iuveris, vel excuſaveris. Quo titulo hæc mea quoque ſuſpendo, gloriæ certus, ſi à tanto Viro didicero. Vale Galliæ tuæ orbiſque ornamentum, ut felicius & literæ valeant & mortales, atque cum Cl. *Patino* amorem mihi perenna.

NOBILISSIMO VIRO Dom. Thomæ Bartholino, Medico Doctori eruditiſſimo.

REN. MOREAV, Doct. Med. Pariſ. S. P. D.

EX morbis qui populariter graſſantur (*Vir eruditiſſime*) frequentiſſima eſt *Angina* ab ἀγχόνη Grecorũ dicta, non ſecus ac ango ἀπὸ τοῦ ἄγχειν quod ſtringere & ſtrangulare ſignificat. Eſt enim *Angina* ἀναπνοῆς πίεσις, quemadmodum loquitur *Aretæus*, ſuffocationi iuncta velut à conſtringente laqueo; quo nomine ab Hiſpanis *Garrotillo* appellatur, ut eadem patiantur *Angina* laborantes quæ facinoroſi homines cum iniecto circa collum fune ſtrangulantur. Non cõ-

ſtat quo vocabulo veteres affectum eũ vocaverint, aut συνάγχης aut κυνάγχης. Hanc perpetuo vocem vſurpaſſe *Hippocratem* obſervavimus, quaſi Canum morbum eſſe voluerit, vel quod eo affectus genere canes tententur (quod nondum ab ijs qui de educatione Canum egerunt, video animadverſum, ac ne quidem à *Phœmone* in κυνοσοφίῳ, niſi cum *Ioſepho de Aromatarÿs* rabiem cum *Anginæ* confundamus,) vel quod etiam per valetudinem exerere linguam ſoleãt, quod in *Angina* ſæpe contingit, lingua propter inflammationis vehementiam non ſolum oris capacitatem implente, ſed extra quoque dentes prominente. Video tamen apud *Aretæum* & *Cœlium Aurelianum Anginã* appellari συνάγχην οἷον συννεύουσαν ἔνδον καὶ ἄγχουσαν, quaſi interius vrgentem & angentem. Sed vtcunque vocata fuit, gravis illa eſt, periculoſa & ipſo aſpectu horrenda, quod deglutitio-

nem & reſpirationem intercipiat; atque eo ipſo metuenda, quod quibus ſubito finita eſt, *in pulmonem id malū ranſeat, & ſæpe intra ſeptimum diem occidat, vel ſaltem aliqua parte ſuppuret*, vt loquitur diuinus ſenex aphoris. 10. ſect. 4. & poſt eum *Hippocrates* Latinus. Vagari autem frequentiſſime per conſtitutiones Epidemicas & peſtilentes prꝫter *Hippocratis* auctoritatem, libris ἐπιδημιῶν teſtatur *Ioa. Vvierus* lib. obſervationum rararum facta deſcriptione *Anginæ* cuiuſdā Epidemicę, quę an. 1564. & 1565. in quibuſdam inferioris Germaniæ locis graſſata eſt. Nec profecto abſque ratione; cum enim populares morbi communem cauſam habeant, aërem inquinatum & infectum; quod ille ob reſpirandi neceſſitatem eatque redeatque viam toties per fauces & aſperam arteriam, malignitatis ſuæ veſtigia partibus iſtis imprimit, maxime in ijs corporibus

quæ calidiora ſunt, humidiora, atque molliora, quibuſque caput infirmum & imbecille, cuiuſmodi ſunt puerorum. Nota eſt *Galeni* ſententia cap. 7. lib. 8. meth. Naturas calidas & humidas ϗ καθ' ὃν ὑγιαίνει χρόνον ἐγγὺς σηπεδόνος etiam per ipſam ſanitatem proximas eſſe putredini. Obſervabat vero com. ad part. 24. ſect. 2. lib. 1. epidem. pueros convulſionibus obnoxios διὰ τὴν ἀσθένειαν τι ἅμα ϗ μαλακότητα τῶ νευρώδους γένους, ob idque facilè ex parvis cauſis fieri talis affectus. Commemorat. *Hipp.* lib de aer-loc & aq. humidam regionem incolentes pueros corripi καὶ σπασμοῖς καὶ ἄσθμασι, convulſionibus quidem ob caput infirmum, anhelationibus vero ob anguſtiam partium reſpirationi miniſtrantium vel inflammata arteria & larynge, vel repletis arterijs, vel accenſo pulmone ex somni. *Gal.* ad Aph. 34. ſect. 4. Porro circa *Garrotillo* Hiſpanorū ignorare non potes (Vir Doctiſſ.) iam à

longo tempore excitatos tumultus & graviſſimas contentiones obortas inter eorum ſcriptores: alijs *ſuffocatorium affectum* ad *aphthas*, alijs ad *carbunculum Anginoſum*, nonnullis ad *vlcera Syriaca Aretæi & Aetij*, cęteris ad *Anginam* revocantibus; qua de re diſputauerunt *Ioa. Alphonſus de fontecha* diſputationibus de Angina & Garrotillo Compluti excuſſis an. 1611. *Franciſcus Perezius* Libro de affectionibus puerorum Matriti edito eodem anno. *Andræas de Tamayo* opuſculo de Garrotillo Valentiæ emiſſo 1621. *Alphonſus Gometius de la Parra* in Polyanthea ſua Matriti impreſſa 1625. & *Hieronimus Gil y de Pina* ſingulari opere Sarragonę vulgato 1636. Nec minus acriter pugnatum Italos inter Neapolitanos, Siculosque Medicos *Franciſcum Nolam* de Epidemio phlegmone Anginoſo, *Ioa. Bapt. Carnevallem* de Epidemico ſtrangulatorio affectu, *Ioa. A...*

ron. fogliam de Anginoſa paſſione, *Ioa. Andream Sgambatum* de peſtilente faucium affectu, *Marium Paramatum* de Angina peſtilentiali, *Marc. Anton. Alaymum* de vlcere Syriaco, *Aëtium Cletum Signinum* de morbo Strangulatorio, *Marc. Aurelium Severinum* de peſtilente ac prefocante pueros abſceſſu, qui ferè in diverſas ſemitas abeunt uno articulo concordes tam perniciosum videlicet affectum & epidemicum & contagioſum eſſe. Circa ipſum video te eſſe ſecurum, nec quo nomine donandus ſit, aut quibus præſidiis expugnandus, valde laborare. Angit duntaxat te *Laryngotomia*, de qua meum expoſtulas iudicium: An ſcilicet *tuto & ex arte in Angina ſuffocante pueris administrari poſſit.* Paucis rem expediã de *Angina* vera & ſolitaria, non de illa epidemica Neapolitana, quæ & Febris eſt peſtilens, & coniunctos habet alios affectus, lethargum, hæmorrhagiam lethalem, puſtulas in ore, vlcera in faucibus, cruſtas, gangrænam, ſphacelum.

Equidem video de hoc præſidii gener‹
à veteribus fuiſſe dubitatum. Nam in‹
ter Græcos *Aretæus* lib. 1. de cura‹
acut. cap. 7. nec in vſum reuocatum
putat, nec innoxium eſſe credit. *Qui*‹
cumque inquit, *ſtrangulationem ab An*‹
gina verentes, quo laxius ſpiritus ducere‹
tur, arteriam ſecuerunt, non ſanè expe‹
rimento rem comprobaſſe videntur. Quip‹
pe caliditas inflammationis major ex
vulnere efficitur, ſtrangulatum adauge‹
tuſſimq; commovet. Quin etiam ſi aliqu‹
periculum id evaſerunt, vulneris oræ
vnum coaleſcere nequeunt, ambæ eni‹
cartilagineæ atque inter ſe inglutinabil‹
ſunt. Apponam auctoris verba, vt l‹
gi debent ὁκόσοι δὲ ὑπ᾽ εὐλαβίης τῆς ἐπὶ τῆς συνά‹
χης πνιγὸς τὴν ἀρτηρίην ἔταμον ἐς ἀναπνοήν, οὔ μοι δοκέο‹
πείρῃ τὸ πρῆγμα πισώσασθαι· ἥτι γὰρ θερμασίη τῆς φλεγμ‹
σίης μέζων ἐκ τοῦ τρώματος γίγνεται, καὶ προστιμωρέ‹
πνιγὶ, καὶ βήσσουσιν· ἢν δὲ καὶ ἄλλως ἐκφύγωσι τὸν δὲ‹
κίνδυνον, οὐ ξυνάγεται τοῦ τρώματος τὰ χείλια. ἄμφω‹
χονδρώδεα καὶ ἀξύμφυτα. Ex Latinis vero C‹
lius Aurelianus lib. 2. acut. morbo‹
cap. 4. *fabuloſam* cenſuit *arteriæ ob*‹

rationem diviſuram, quam & *Laryngotomiam* & *Pharyngotomiam* lib. 1. utic. 14. vocavit, atque *à nullo antiquorum traditam, ſed caduca & temeraria Aſclepiadis inventione affirmatam*, quam tamen paulò ante *à veteribus eam Aſclepiadem accepiſſe* ſcripſiſſet: quod dictaſſe de *Hippocrate* aut eius genero *Polybo* eſt intelligendum, qui libro περὶ ἀρχῶν docet *manifeſtum eſſe quod præcto gutture* διατετμημένε τοῦ λάρυγγος *aër atque ibi in cavitatem oris non poſſit, ſed per præſectam partem exhalet.* Verum poſteriores Græci, Arabes, Latini, non inutile auxilium in *Bronchotomia* (ſic enim vocari debet) repoſuerunt, nec ita periculoſam eam ἐγχείρισιν agnoverunt. Ingenuè tamen profitebor, paucos hactenus extitiſſe, qui eam in vſum adducere auſi ſint, vel periculi metu deterriti, vel agendi opportunitate deſtituti, vel ab ægrorum amicis propter rei nouitatẽ reuocati. Ad me quod attinet, infinitos vidi *Angina* laborantes ſola venæ ſectione è brachiis multoties ce-

lebrata ſervatos, pauciores aut vel
mentia morbi, aut præſidiorum oppo
tuno tempore adminiſtratorum deſ
ctu è vivis ſublatos, pauciſſimos qu
bus conſultò & tempeſtiuè *Broncho*
mia adminiſtrari debuerit. Nec niſi
mel atque iterum, memini à me fui
in vſum revocatam, primò quidem
Hortulano qui adhuc integra valetu
ne fruitur, deinde vero in *Milite*, qu
morbo & à vulnere convaluit, ſuperſ
te tamen levi vocis raucitate. Neq
plurimum negotij, aut moleſtiæ in i
adminiſtratione ſuſtinendum. Decu
bat æger in lecto erecto pectore, inc
nato quantum fieri poteſt in poſteri
capite, eoque in pectus famuli requi
cente: deinde arrepta per eundem
mulum vtrinque tranverſim anteri
colli cute, quod intermedium eſt è
gione aſperę arteriæ, ſcalpello vel f
cipe ſecundum longitudinem diſſe
tur, mox phlebotomo latiore, aut ſi
li inſtrumento, quod in eam rem pa
tur, vocarique poteſt *Bronchotom*

tium membranoſum inter tertiam
quartam cartilaginem interiectum
nſverſim latitudine vnius pollicis
riatur exiguo è plumbo vel argen-
ubulo leviter incurvo & depreſſo,
plioris capitis ſeu vmbellæ introdu-
do, cui habenulæ longiores linteæ
exæ ſint, collo circumvolvendæ in-
retinaculi. Hac patente via ſpiritus
lmone trahitur expelliturve cũ ſi-
, donec inflammatione fauces con-
gente reſoluta aut ad ſuppuratio-
perducta reſpirandi per fauces li-
as reſtituatur; Vt acutiſſimus ille
bus eſt ſua tempora velociſſimè
urrens, ſic intra paucos dies educta
la facilius vulnus obducitur quàm
perſuadeas ſarcoticis præſidijs &
nctis & admotis. Labia vulneris
r ſe iunguntur perpetua capitis ver-
ernũ inclinatione ac depreſſione,
inſtar vinculi eſt & ſuturæ. Verum
es moras duceret morbus, vt pro-
fiſtulam & externum aërem labia
eris aliquo pacto occaleſcerent;

renovandum eſſet vulnus inductis
vioribus ſcarificationib⁹,ſuturaque
ſtituēda foret. Nec enim minore ne
tio induceretur cicatrix,quā vel vul
rata, naſi cartilagine ſoleat,aut rem
ex aperto thorace fiſtula poſt empy
exſiccatū. Atq; vt hæc in grandiori
adultis fœlici ſucceſſu peracta obſe
vi, ſic non diffiteor quin eadem fœ
tate in pueris perficiantur. Non ex
ctanda ad celebrandum præſidium
trema ſuffocatio aut virium exolu
Captet peritus & prudēs Medicus
di occaſionem, vt nec pendente ac
niſtratione deficiat ęger, nec ea per
ſtatim exolvatur. Facilè coerceri
ſunt pueri à famulo & cōſtringi ad
rationis non admodum diuturnæ
tum. Imo vt ignoratione rerum,
ferrum nec manum Chirurgi reſo
dant blandimentis quibuſdam &
cris rebus ad tempus quieti cont
poterunt. Non ita quidem in illi
ſtincti cartelaginum annuli quia
liores, ſed eo quoque ipſo vulner

tius coaleſcunt. Tubulus brevior & leviter inflexus in oppoſitũ arteriæ parietem, vnde tuſſis & dolor excitari poſſent, non impinget. Externus aër frigiditate quidem eximia, quam cruditatem vocas, pulmonibus adverſus tepore cubiculi facilè emendatur. Nec à vulnere inflicto inflammatio circumſtantiũ partium nec pulmonis incendiũ ſuperveniet ob earumdem partiú mollitiem & humiditatẽ, pulmoniſque cõſtitutionem humidiorem, propter quã videmus pueros rarò peripneumonia tentari, & ea ſemel correptos longè facilius quam adultos liberari. Non eſt ſecurum committere totum ſpei ſuſtinendæ & protrahendæ vitæ negotium perſpirationi, quæ nonnunquam reſpirationis vices ſubit, ſed in ijs qui nec inflammatione inſigni premuntur, nec febrili vruntur incendio. Periculum non video à viribus: neque eſt enim diuturnior illa operatio, neque acerbitate dolorum ferox, neq; immoderato ſanguinis profluuio ſtipata. Nam & ea

ętate ſecamus venã, & modiolum, cum neceſſitas exigit, capiti admovemus, & fracta luxataque oſſa reſtituimus, & fœliciter lithotomiam exercemus longè periculoſiorem & atrociorem. Terremur ſæpe rebus inexpertis, quæ in vſum ſemel revocatæ eadem ſecuritate admittuntur qua peraguntur facilitate. Quod de iugulorum venarũ apertione & calculi extractione confirmatum habemus. Centie enim *Iugulares* aperiendas curavi, non tantum innoxiè ſed etiam fœliciter, nec operoſè magis aut periculoſe quã cæteræ venæ ſecantur, quod tamen plerique omnes vel ſola cogitatione pręſtare exhorreſcunt. *Lithotomia* ævo magni *Hippocratis* Medicis omnibus terrori fuit ęgris exitio: Niſi diuini Senis verba in alium quã vulgo accipiantur ſenſum trahantur. Nam & intelligi poſſunt de *Orchotomia* & *Eunuchiſmo* illis temporibus familiari, à quo abſtinendum, velut à re impia pręcipit *Hippocrates* οὐ τεμέω δὲ οὐδὲ μὴν λιθιῶντας, non ſecabo verò inquit, ne

quidem lapidem non habentes, cuiuſmodi fuere qui caſtrabātur: Cum enim calculo non laborarent, exſecabantur tamen, ex quo dicebantur τομίαι. Vir autem pudiciſſimus, ne caſtrationem rem turpiſſimam & vt fieri ſolebat ſceleratiſſimam verbo nominaret, honeſta circumlocutione vſus eſt, vt ambiguo ſenſu ſignificaret, nec ſe calculoſos, nec eos qui calculo non laborarent, ſecaturum. Quæ igitur veteribus calamitoſa habebatur calculi extractio, nobis eſt ſalutaris, vt idem dicendum ſit de pleriſque operationibus Chirurgicis, ac nominatim de *Bronchotomia*. Ad *Marcelli Empirici* noſtratis (nam oriundum è Gallia aliàs demonſtrabimus) locum quod attinet ex cap. 31. deſumptum, qui ſic habet *Luna* XIII. *hora nona antequam exeant vel erumpant mori arboris folia, oculos tres tolles digitis Medicinali & pollice manus ſiniſtræ, & in oculis ſingulis dices, abſi abſa phereos, mitteſque in coccum Galaticum, & in Phœnicio lino conchiliatæ purpuræ conligabis, &*

dices, tollo te hinc tota hæmorrhoida, abſis paphar, & nudum eum cui remedio opus eſt, præligamine illo cinges; non eſt à me tibi lux ſperanda, ſed à *Rhodio* noſtro magno ſęculi noſtri lumine, qui propediem auctorem illum emaculatum & illuſtratum editurus eſt. Dicam tamen in Cocco Galatico nihil eſſe obſcuri; κοκκὸν enim βαφικὸν intelligit primæ notę & melioris, qualem ferebat Galatia: Eam T*ertullianus* de pallio *Galaticum ruborem* vocauit. *Coccum* inquit *Plinius* lib. 2. cap. 41. *Galatiæ granum rubens aut circa* Emeritam *Luſitaniæ in maxima laude eſt*. Addit granum illud gigni & *in* Galatia, *Africa, Piſidia, Cilicia* cap. 8. lib. 16. vbi *Galaticum* primo loco memorat, quod & fecit lib. 22. c. 2. *Atque vt ſileamus*, inquit, *Galatiæ, Africæ, Luſitaniæ granis, coccum imperatorijs dicatum paludumentis trã-ſalpina* Gallia *herbis* Tyrium *atque conchylium ſtingit, omneſque alios colores*. P*auſanias* in Phocaicis auctor eſt coc-cum à *Galatis* qui ſupra Phrygiam ſunt

tria lingua vocari ὕσγην, vnde *Hyſ-nus* color dictus, quem tamen differ-e à *Coccineo*, *Salmaſius* Eruditorum Phœnix in exercitationibus Plinianis pag. 272. demonſtravit, & ex illo *Ioa. Bodæus* ad lib. 3. Theoph. de Hiſtoria Plantarum cap. 16. ſed nec prætermiſit *Dioſcorides* lib. 4. cap. 48. *Optimum* inquit *gignitur in Galatia & Armenia, denique in Aſia & Cilicia, locum poſtremum obtinet, quod in* Hiſpania *provenit* quæ à *Serapione* ijſdem prope verbis repetuntur, vt non alio conſilio commemoratus videatur *coccus Calaticus* à *Marcello Empirico* quum vt optimus & pręſtantiſſimus intelligeretur. De auxilio *Phœnicij lini* in hęmorrhoidum doloribus, nihil eſt quod à me expectes. Eadem ſuperſtitione adducta libro illo ſunt, quę pleraque alia & anilia & fabuloſa, quæ fidem non merentur. Explorata & experta multa dicuntur, quę ne quidem tentata, ſed ſoli famæ pervia, *At ea plerumque* ut loquitur *Plin.* lib. 5. cap. 1. *fallaciſſima experimento*

*deprehenduntur, Quia dignitates cum i...
dagare vera pigeat, ignorantiæ pud...
mentiri non piget : haud alio fidei prom...
re lapſu, quam vbi falſæ rei grauis a...
ctor exiſtit.* De Acia & de *fibulis* met...
licis te non morabor, res enim eſt co...
fecta ab eruditiſſimo *Rhodio*, iamq...
recordor me in leges Epiſtolarum p...
caſſe, quæ brevitate commendant...
Vale ergo & de republica littera...
benè mereri perge. Scriptum Lut...
Pariſ. Calendas Martias. an. 1646.

FINIS.

PERMISSION.

*VEV l'Approbation des Docteu...
en la Faculté de Medecine de P...
ris, permis d'imprimer ledit Liure. Fa...
ce 3. Feurier 1646.*

DAVBRAY